BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
25 I
M 3

~~C. 69. f.~~
C. 57. b.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
25 I
3

13-2'B'7

REGVLA
S. BENEDICTI
CVM CONSTITVTIONIBVS
EREMITARVM
S. ROMVALDI,
ordinis Camaldulenſis.

Montis Corone

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



VENETIIS, M D XCV.

Apud Matthæum Valentinum.

INDEX
CAPITVLORVM.
Primæ Partis.

PRoœmium Regulæ. fol. vlt. pag. 1
De generibus, vel vita Monacorum. Cap. 1. pag. 3
Qualis debeat eſſe Abbas. Ca. 2. pag. 13
De adhibendis ad Conſilium fratribus. Cap. 3. 18
Quæ ſunt inſtrumenta bonorum operum. Capitulo. 4. pag. 20
De obedientia. Cap. 5. 27
De taciturnitate. Cap. 6. 29
De humilitate. Cap. 7. 33
De Officiis diuinis in noctibus. Cap. 8. 39
Quot pſalmi dicendi ſunt in nocturnis horis. Capit. 9. pag. 41
Qualiter æſtatis tempore nocturna laus agatur. Capitulo 10. 43
Qualiter Dominicis diebus vigiliæ agantur. Cap. 11. pag. 44

INDEX.

pagina 44
Quomodo Matutinorum ſolemnitas agatur. Cap.12. pagina 50
Qualiter priuatis diebus Matutini agantur. Cap.13. pagina 51
In Natalitijs ſanctorum qualiter vigiliæ agantur. Cap.14. 53
Quibus temporibus dicatur Halleluia. Cap.15. 54
Qualiter diuina opera per diem agantur. Cap.16. 55
Quot pſalmi per caſdem horas dicendi ſunt. Cap.17. pagina 56
Quo ordine pſalmi dicendi ſunt. Cap.18. 65
De diſciplina pſallendi. Cap.19. 68
De reuerentia Orationis. Cap.20. 74
De Decanis Monaſterij. Cap.21. 76
Quomodo dormiant Monachi. Cap.22. 77
De excommunicatione Culparum. Cap.23. 79
Qualis debeat eſſe modus excommunicationis. Cap.24 pagina 80
De grauioribus Culpis. Cap.25. 83
De his, qui ſine iuſſione Abbatis iunguntur excommunicatis. Cap.26. 85
Qualiter debeat Abbas ſollicitus eſſe circa excõmunicatos. Cap.27. 86
De his, qui ſæpius correcti non emendauerint. Cap.28. pagina 88
Si debeant recipi fratres egreſſi de Monaſterio. Capitulo 29. 92
De pueris minori ætate qualiter corripiantur. Cap.30. pagina 93

Qualis

Qualis debeat eſſe Cellerarius Monaſterij. Cap. 31. pagina 94
De ferramentariis Monaſterij. Cap. 32. 97
Si quid debeant Monachi proprium habere. Cap. 33. pagina 101
Si omnes æqualiter debeant neceſſaria accipere. Capitulo 34. 104
De ſeptimanariis Coquinæ. Cap. 35. 106
De infirmis fratribus. Cap. 36. 108
De ſenibus, vel infantibus. Cap. 37. 115
De hebdomadario lectore. Cap. 38. 116
De menſura ciborum. Cap. 39. 119
De menſura potus. Cap. 40. 127
Quibus hores oporteat reficere fratres. Cap. 41. 129
Vt poſt completorium nemo loquatur. Cap. 42. 131
De his, qui ad opus Dei, vel ad menſam tardè occurrunt. Cap. 43. 132
De his, qui excõmunicabantur, quomodo ſatisfaciant. Cap. 44. 135
De his, qui falluntur in Oratorio. Cap. 45. 138
De his, qui in aliquibus, quibuſlibet rebus delinquunt. Cap. 46. 139
De ſignificanda hora operis Dei. Cap. 47. 140
De opere manuum quotidiano. Cap. 48. 142
De quadrageſimæ obſeruatione. Cap. 49. 147
De fratribus, qui longè ab Oratorio laborant, aut in via ſunt. Cap. 50. 149
De fratribus, qui non ſatis longè proficiſcuntur. Capitulo 51. 150
De Oratorio Monaſterij. Cap. 52. 151

De hoſpitibus ſuſcipiendis. Cap.53. 153
Si debeat Monacus litteras, vel eulogia ſuſcipere. Cap.54. 156
De veſtimentis, vel calciamentis fratrum. C.55. 158
De menſa Abbatis. Cap.56. 162
De Artificibus Monaſterij. Cap.57. 163
De diſciplina ſuſcipiendorum fratrum. Cap.58. 165
De filijs Nobilium, vel pauperum, qui offeruntur. Cap.59. 174
De Sacerdotibus, qui voluerint in Monaſter. habitare. Cap.60. 175
De Monachis peregrinis qualiter ſuſcipiatur. Cap.61. pag. 177
De ſacerdotibus Monaſterij. Cap.62. 178
De ordine Congregationis. Cap.63. 182
De ordinando Abbate. Cap.64. 187
De præpoſito Monaſterij. Cap.65. 194
De Oſtiarijs Monaſterij. Cap.66. 199
De fratribus in via directis. Cap.67. 203
Si fratri impoſſibilia iniunguntur. Cap.68. 205
Quòd in Monaſterio non præſumat alter alterum defendere. Cap.69. 207
Vt non præſumat quiſquam paſſim cædere, aut excommunicare. Cap.70. 208
Vt obedientes ſint ſibi fratres inuicem. Capit. 71. pag. 210
De Zelo bono, quē debent Monachi habere. C.72 211
De eo, quòd non omnis obſeruatio iuſtitiæ in hac Regula ſit conſtituta. Cap. 73. fol. 215

INDEX
CAPITVLORVM.
Secundæ Partis.

PRoœmium. fol. 219
De loco, & tempore, celebrandi Capituli generalis. cap. 1. 220
Qui ad Capitulum venire, & quid ſecum afferre debent. cap. 2. 221
Modus, ſeu potius præſcripta forma inchoandi Capitulum. cap. 3. 223
De abſolutione Prælatorum, & creatione Patrum Diffinitorum. cap. 4. 224
De electione Scribæ, Vicarij Capituli, & Officialium. Cap. 5. 227
De ordine ſeruando in negociis per Patres Diffinitores tractandis. cap. 6. 229
De electione Patris Maioris, & aliorum Prælatorum. cap. 7. 235
De reformatione locorum, & familiis conſtituendis. cap. 8. 238
De concluſione & publicatione Capituli. cap. 9. 239
De auctoritate Patrum Maioris & Viſitatorum.

cap.10. 241
De receptione nouorum locorum. Cap.11. 248
Concluſio & Confirmatio Conſtitutionum. Cap. 12. pagina 249
Forma induendi Nouitios. Cap. 13. 251
Forma profitendi fratrum noſtrorum Eremitarum. Cap.14. 256
Forma profeſſionis. Cap.15.

Indicis Capitulorum.
Finis.

REGVLA

REGVLA SANCTISSIMI P. N. BENEDICTI.

PROOEMIVM.

AVSCVLTA *ò fili præcepta Magiſtri, & inclina aurem cordis tui, & admonitionem pij Patris libenter excipe, & efficaciter comple, vt ad eum per obedientiæ laborem redeas, à quo per inobedientiæ deſidiam receſſeras. Ad te ergo nunc meus ſermo dirigitur, quis quis abrenuncians proprijs voluntatibus Domino Chriſto vero Regi militaturus. In primis, vt quicquid agen-*

dum

dum inchoas boni, ab eo perfici inſtantiſſima oratione depoſcas, vt qui nos iam in filiorum dignatus eſt numero computare, non debeat aliquando de malis actibus noſtris contriſtari. Ita enim ei omni tempore de bonis ſuis in nobis parendum eſt, vt non ſolùm vt iratus Pater ſuos non aliquando filios exhæredet, ſed nec vt metuendus Dominus irritatus malis noſtris, vt nequiſſimos ſeruos perpetuam tradat ad pœnam, qui eum noluerint ſequi ad gloriam.

Exurgamus ergo tandem aliquando excitantes nos ſcriptura, ac dicente. Hora eſt iam de ſommo ſurgere, & apertis oculis ad deificum lumen attentis auribus audiamus diuina quotidie clamans, quid nos admoneat vox dicens. Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, & iterum, qui habet aures audiendi, audiat quid ſpiritus dicat Eccleſiis,

& quid dicitur. Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Currite dum lumen vitæ habetis, ne tenebræ mortis vos comprahendant. Et quærens Dominus in multitudine Populi ſui, cui hæc clamat, operarium ſuum, iterum dicit. Quis eſt homo qui vult uitam, & cupit dies uidere bonos? Quòd ſi tu audiens reſpondeas: Ego; Dicit tibi Deus. Si uis habere ueram, & perpetuam uitam, probibe linguã tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo; & fac bonum, inquire pacem, & ſequere eam, & cum hæc feceritis, oculi mei ſuper uos, & aures meæ ad preces ueſtras; & antequàm me inuocetis dicam. Ecce adſum. Quid dulcius nobis hac uoce Domini inuitantis nos fratres Chariſſ. Ecce pietate ſua demonſtrat nobis Dominus uiam uitæ.

Succinctis ergo fide uel obſeruantia bonorum actuum lumbis noſtris, & calcia-

tis in præparatione Euangelij pacis pedibus, pergamus itinera eius: ut mereamur eum, qui nos uocauit, in Regno ſuo uidere. In cuius Regni tabernaculo ſi uolumus habitare, niſi illuc bonis actibus currendo minimè peruenitur. Sed interrogemus cum propheta Dominum dicentes. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Poſt hanc interrogationem fratres, audiamus dominum reſpondentem. Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. Qui loquitur ueritatem in corde ſuo: qui non egit dolum in lingua ſua. Qui non fecit proximo ſuo malum; & opprobrium non accepit aduerſus proximum ſuum. Qui malignum Diabolum aliqua ſuadentem ſibi, cum ipſa ſuaſione ſua à conſpectibus cordis ſui reſpuens deduxit ad nihilum, & paruulos cogitatus eius tenuit, & alliſit ad Chriſtum.

Qui timent dominum, de bona obſeruantia ſua non ſe reddunt elatos: ſed ipſa in ſe bona non à ſe poſſe, ſed à Domino fieri exiſtimantes, operantem in ſe Dominum magnificant: illud cum Propheta dicentes Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Sicut nec Paulus Apoſtolus de prædicatione ſua ſibi aliquid imputauit dicens. Gratia Dei ſum id quod ſum & iterum ipſe dicit. Qui gloriatur, in Domino glorietur. Vnde & Dominus in Euangelio ait. Qui audit verba mea hæc, & facit ea, ſimilabo eum uiro ſapienti, qui ædificauit domum ſupra petram. Venerunt flumina, flauerunt uenti, & impegerunt in domum illam, & non cecidit, quia fundata erat ſupra petram. Hæc complens Dominus, expectat quotidie, his ſuis ſanctis monitis, factis nos reſpondere debere. Ideo nobis propter emendationem malorum huius vitæ dies ad inducias relaxantur,

xantur,

xantur, dicente Apoſtolo. An neſcis, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Nam prius Dominus dicit. Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & uiuat. Cum ergo interrogaſſemus Dominum, fratres, de habitatore tabernaculi eius, audiuimus habitandi præceptum; Sed ſi compleamus habitatoris officium, erimus hæredes Regni Cœlorum. Ergo præparanda ſunt corda noſtra, & corpora ſanctæ præceptorum obedientiæ militatura & quod minus habet in nobis natura poſſibile, rogemus Dominum, vt gratiæ ſuæ iubeat nobis adiutorium miniſtrari. Et ſi fugientes gehennæ pœnas, ad uitam uolumus peruenire perpetuam, dum adhuc uacat, & in hoc corpore ſumus: & hæc omnia per hanc lucis uitam uacat implere; currendum, & agendum eſt modo quod in perpetuum nobis expediat.

Conſtituenda eſt ergo à nobis Dominici

Schola

Schola ſeruitij. In qua inſtitutione nihil aſperum, nihilq; graue nos conſtituturos ſperamus. Sed & ſi quid paululum reſtrictius dictante æquitatis ratione propter emendationem uitiorum, uel conſeruationem charitatis proceſſerit, non illico pauore perteritus refugias uiam ſalutis; quæ non eſt niſi anguſto initio incipienda. Proceſſu uerò conuerſationis, & fidei dilatato corde, inenarrabili dilectionis dulcedine curritur uia mandatorum Dei; ut ab ipſius nunquam magiſterio diſcedentes, in eius doctrina vſq; ad mortem in Monaſterio perſeuerantes, paſſionibus Chriſti per patientiam participemus, vt Regni eius mereamur eſſe conſortes.


Aſpicite in autho
rem fidei et cõsu
matorem IESVM
Qui poſtpoſito ſibi
gaudio ſuſtinuit
crucem confuſione
contempta.
DEVS TIBI. SE: TV TE DEO.

PROOEMIVM
CONSTITVTIONVM.

POSTEAQVAM Beatiſſi- A
mus Pater noſter Romualdus
totius Camaldulenſis ordinis
Fundator, monaſticam uitam,
in Monaſterio Claſſenſi, tribus
annis, ſanctiſſimè traduxiſſet:
Beatiſſimi Benedicti Regulam
profeſſus, Eremū ſubinde ingreſſus eſt; In qua nona-
ginta ſeptem annis, incredibili uitæ auſteritate uſus
ſolis ſanctitatis ſuæ exemplis, crebriſq; admonitioni-
bus verum Eremiticum inſtitutum ſequentibus ſe de
reliquit. Nec aliud quicquam eis ſcriptum præter B
eandem Benedicti Regulam obſeruandam moriens
commendauit; licet poſtmodum, ne labentibus an-
nis pia patris exempla per obliuionem in deſuetudi-
nem venirent, ſapienter ab ipſis Diſcipulis, maximè
à Beato Rodulpho, quarto à Beato Romualdo Ere-
mi Priore in Conſtitutiones redacta fuere. Eſt autē
Eremiticū Camaldulenſe inſtitutum ab ipſo Sanctiſſi
mo Romualdo diuinitus inuentū, medium inter Cœ-
nobiticum, & Anachoreticum. Ita quidem ut vtriuſ-
que particeps, vtroq; præſtantius, longeque ſecurius
exiſtat. Nam etſi Clauſtralis conuerſatio ubiq; ſum-
mis laudibus extollēda uideatur, nihilominus tn̄, ſuis
incōmodis, moleſtiſq; occupationibus, quæ ſæpe ani
mum à vera pietate longius arcent, minimè caret; E

C contra verò ſolitaria illa Eremitica vita, & conuerſa-
tio abdita,propter multa incõmoda,nec non pericu-
la,quæ humanæ naturæ corruptela, ſeu inſtabilitate
pati videbatur,minus tuta, ſecuraq; reputata eſt. Illa
enim uiuendi libertas, quæ olim ſolitarijs viris com-
petere videbatur,qua nec Eccleſiá inuiſere,nec ſacra-
menta frequentare aliquo Canonico præcepto coge-
batur,hodie nobis per Eccleſiæ Sanctæ cõſtitutiones
penitus prohibita eſt.Non poteſt igitur non eſſe lau-
danda noſtra Camaldulẽſis Eremitica inſtitutio,quæ
non periculoſa, nec ardua,difficiliſq;,ſicut antiquitus
Anachoretica, comperitur; ſed potius omni pericu-
lo,extremaq; difficultate excluſis, ſecuriſſima,facilis,
& fideli cuiq; viro ſuauiſſima; ac proinde laudabilior
cunctis,atque ſecurior merito dici poteſt. Ad quam
ſiue ex ſeculo,ſiue ex Cęnobijs accedẽtes procul om-
D nino à Ciuitatibus,omniq; hominũ frequentia,ſecu-
larium etiam conſortio, ſemoti, in montium receſſi-
bus, ac remotiſſimis locis commorantur. Qui tamẽ
ſinguli ſingulas ſeparatas inuicem Cęllas incolentes,
paupertatis, obedientiæ, ac caſtitatis votis ſolenniter
emiſſis,ſub Regula, vti diximus, Sanctiſſimi Benedi-
cti,ſubq; Prælati diſciplina,ſub tandem proprij ordi-
nis Conſtitutionibus, in iugi obſeruantia regulariter
viuere tenentur: Sic nihilominus hanc conuerſatio-
nis formam temperantes, vt Cęnobiticæ,ſocialiſque
vitæ cõmodis, & ſecuritate, ſine varijs occupationi-
bus Monaſterij, multiplicibuſq; diſtractionibus po-
tiantur; Et ſolitudinis læta,feliciq; admodũ tranquil-
litate,abſque vllis ſolitariæ vitæ curis,periculis,& an-
xietatibus perfruantur. Hæc itaque admirabilis, di-
uinituſq;

uinituſque imſpirata Eremitica inſtitutio,ab ipſo fun A
dationis initio vſque ad præſentem diem per annos quingentos, & ſeptuaginta,aut eo amplius fideliter, ac diſcreto rigore obſeruata fuit in ſacratiſſima Eremo Camaldulenſi,quæ in ſummitate Alpium Tuſciæ ab ipſo Sãctiſſimo Padre noſtro Romualdo circa Annum Milleſimum Duodecimũ fundata extitit. Nunc tandem ab annis Septuaginta per noſtram ſocietatẽ Eremitarũ Sancti Romualdi Montis Coronæ à Beato Paulo Iuſtiniano Eremita, ac tunc præfatæ Eremi Maiore inſtituta mirum in modum cum eadẽ inuiolabili obſeruantia adaucta eſt. Quod per Conſtitutiones, quas ad eiuſdem ſocietatis cõfirmationem,& augmentum condere intendimus, plenius conſtabit. Reſtat denique, ut nos iuxta Patris noſtri doctrinam in prologo Regulę nobis traditam,in Eremo,quæ nobis pro Monaſterio eſt,vnanimes,quaſi Apoſtolici vi
ri, ſoli Deo enixe famulemur. Ita ut omnibus nobis B
unum ſit cor,& anima vna,in vinculo pacis,& charitatis viuentibus.ſicque demum in Regulari,atq; Eremitica diſtrictione,in finem uſque perſeuerantes,ſocij poſſimus eſſe paſſionum Chriſti, ut & cohæredes facti conregnemus cum eo.

De Generibus,vel vita Monachorum. Cap. I.

M*Onachorum quatuor genera eſſe manifeſtum eſt; Primum Cęnobitarum, hoc eſt Monaſteriale, militans ſub Regula, uel Abbate.*

CONSTITVTIO.

C EREMITICA Romualdi Proles,qualei eſt noſtræ ſocietatis Familia, Clauſtris nõ includitur, nec in Dormitorijs Monaſterij requieſcit. In hoc etiã differt Cęnobitica cõuerſatio ab Eremitarum Camaldulenſium Inſtituto,quòd illa in vrbibus, interq; Populi frequentiã libenter moratur: hæc verò in Montibus, interq; nemora latitare congaudet. Quapropter Patres Diffinitores Maiorum noſtrorũ veſtigia inſequentes in Generali Capitulo ſtatuerunt habitationes ſocietatis noſtræ longè ab omni ſæcularium ſtrepitu, & concurſu remotas fieri ab vrbibus, vel oppidis ad minùs vno milliario diſtantes. Nun-
D quàm in Clauſtris maneant Eremitæ noſtri excepta Abbatia Sancti Saluatoris pro Senium, & infirmorũ ſolatio,& Eremo Sãcti Hieronymi de Paſcilupo,quo loco nec ſeparatæ ab inuicem Cellæ cõſtructæ ſunt, nec fieri in poſterum ſpes ulla datur ob anguſtiã loci, Immò ſi aliquando talis habitatio offeratur,niſi prius in formam Eremitorij reducta ſit, non erit licitum in ea habitare; Tantum abeſt, ut de nouo Monaſterium conſtitui queat,aut ſuſcipi. Sint ergò loca noſtra inter Syluas, ipſasq; denſas; taleſque,plantando, inſerendo,ſcindendo, alijsq; opportunis modis,conſeruentur, & augeantur. Sint inſuper ædificia cum ambitu loci vniuerſo ſepe, ac vallo circundata; ita vt per ſolum Oſtium pateat ingreſſus. Vnde egredi ſine aſſenſu Superioris nemo poſſit. Quod certè commu-

ne

ne eſt cum Cęnobitis, ſicut & ſub obedientia milita- A
re. Quam ob rem intra ambitum Eremi non licebit ligna cedere, ne eius pulchritudo deturpetur. Qui verò abſq; Superioris permiſſu aliquam arborem viridē inciderit, pro vna quaque arbore ſemel in pane, & aqua ieiunet. Quòd ſi loci Prior, abſque conſenſu Capituli ipſius Eremi, intrà ipſum ambitum arborum inciſionem fecerit, hoc eſt fieri iuſſerit, à Viſitatoribus, vel à Capitulo Generali diſciplina circulari mulctetur; ſi uerò fuerit Subditus, eam accipiat à toto Conuentu. Abſtinentiæ in pane, & aqua delinquentibus inflictæ, extra Quadrageſimas cū fructibus, in Quadrageſimis ſine ipſis fiant. Cellæ inſuper non ſimul iunctæ, ſed triginta plus, minuſuè pedibus inuicem, ſi locus patiatur, ſeparatę conſiſtant, tantundem ab Eccleſia, & officinis ſemotæ. Atque, vt vera ſit ſolitudo, omnis non neceſſaria hominum ſecularium familiaritas ab Eremitis noſtris (charitate ſalua) arceatur. A- B
deò, ut neq; vicini habitatores quocumque prætextu in commune cōmercium admittendi ſint: ac præcipuè cauendum, ne eis unquàm ad nos accedendi cauſa tribuatur; adeò ut Elęemoſinæ, quæ neceſſario dādæ ſunt, extra Eremū in membris potius dari debeāt. Minus etiam liceat Eremitis ſæculi Eccleſias frequentare, nec funeralibus, alijſue officijs cęlebrandis intereſſe. Sic curam animarū exercere illis penitus interdictum extat. Præterea in omni loco foris, & intra Eremum, atq; in propria Cęlla, fugiant nō ſolum corporales, ſed etiam mentales diuagationes, quæ & ſolitudinis propoſitum, & omne ſpirituale ædificiū deſtruere ſolent. Quapropter ſuperiores ualdè cauere

C debent, ne faciles ſint in dimittendis ſubditis ſuis, ſed neceſſitate ceſſante intra Clauſuram in iugi obſeruãtia eos retineãt. Quin & ipſi nunquàm foras niſi coacti egrediantur. Vltra quinquaginta milliaria nõ poſſunt Priores eundi licentiam alicui concedere, neque ſibi aſſumere. Verùm ſolus Maior, aut qui eius vices gerit, eandem præſtabit. longè autem reſidente Maiore, & ſi mora conceſſionis aliquod notabile damnum afferre poſſet, tunc Prior cum Conuentus Capitulo petenti facultatẽ impartire ualebit. Quod ſi aliquis abſque tali facultate hunc tranſgreſſus fuerit terminum, vel ab uno ad alium locũ ierit, etiam ſub obtentu adeundi P. maiorem abſque debita licentia eiuſdem P. Maioris, per unum menſem integrum includatur in carcerem, & ad arbitrium ſuperio-
D rum corporalibus afflictionibus puniatur. Iam qui non longè ſe conferunt, ſi poſſibile eſt, eadem die in Eremum redire etiam Regula iubet. Poſtremo ad maiorem ſolitudinis obſeruantiã nemini permiſſum cenſetur, in alterius Cellam, officinamuè, niſi annuente Prælato, non dicã intrare, ſed ne caput quidem intus immittere. Quæ prohibitio (ne quis incautè illis ingreſſum permittat) & ad hoſpites tã Religioſos, quã ſeculares extenditur. Excipiuntur tamen hic caſus incendij, infirmitatis, confeſſionis, atq; urgentis cuiuſque neceſſitatis, quæ veriſimiliter ſuperiorem ad conceſſionem monere debuiſſet. Ille uerò qui obtentu cõſenſu, vel aliàs fratrem allocuturus ad alterius Cellam accedit, pulſans, nõ aperiens, Deo gratias altiuſcule proferat, reſponſionem fratris illic immorantis patienter expectans: qui tamen ſine mora audita voce

illico

illico accurrere, ac pari tenore eidem reſpondere debet, & in ipſa anteriori parte Cellæ cum eo colloqui. In cubiculum autẽ,in quo dormitur, nemini permittitur intrare,niſi in caſibus ſupradictis.Qui verò prȩter hos caſus ſcienter introierit, uel qui alium intrare permiſerit, dicat culpam ſuã in Capitulo, & ieiunet ſemel in pane,& aqua pro unaquaq; tranſgreſſione. Qui autem in offiçinam ingreſſus fuerit,pitantia priuetur. Cum autem ſolitudo, & caſtitas ſibi inuicem ſuffragentur,ac eo magis quo à diuerſi ſexus conſortio longius ſpatia tenduntur, quando & illa huic potiſſimum tuendæ inuenta eſt; quia ſola occaſionum fuga rectè cuſtoditur. Vnde eſt illud, omnia vitia cõ greſſu ipſo,& acri certamine ſuperari, at carnis cõcupiſcentiam uice verſa declinando ſolùm, non etiam prȩliando ſopiri. Proinde conſulto decreuerunt Patres,ne Eremis noſtris aliquando mulieres approximare,ne dum intrare in ipſas poſſint.Atque ob id ne ignorantia ſit cauſa erroris,ſolitũ eſt longius ab oſtio Cruces quaſdam erigi,quas quæ mulier trãſierit, excõmunicationis latæ ſentẽtiæ vinculo innodetur. At tamen Diffinitores in Capitulo ad petitionem circũſtantium Populorum permittere non prohibentur, quatenus una,vel altera uice, & ad plus tribus diebus in anno deuotionis cauſa mulieres Eccleſiam tãtùm, non etiam Eremum,intrare queant. Aliàs autem inuiolabiter maneat prohibitio iſta.At ſi pertinacia Populi aliter peruicaciter prȩtendat, cui reſiſti honeſte non poſſit, locum potius deſerere, ac longius abire conſulant Patres. Verùm tamen ſi forte aliqua parum cauta muliercula cruces tranſgreſſa ad Eremum

A (margin, line 1); B (margin, beside "mare,ne dum intrare")

C peruenit, ſuperior loci, cui data eſt poteſtas, eã extra Cruces reuerſam, præuia admonitione facta, libere abſoluat. Extat etiam inuiolabiliter prohibitum, ne aliquando Eremitæ mulierculas regendas, confitendas, cuſtodiendaſvè ſuſcipiant. Quinimmo, ne illas quidem alloqui ſine Prioris licentia, & ſocio adſtante, poſſint. Attamen ſi aliquis mulieres venire permiſerit intra Cruces, vel earum confeſſionem (excepto caſu neceſſitatis extremæ) audierit, diſciplina circulari plectatur à Cõuentu, ſi fuerit ſubditus, ſi uerò fuerit Prælatus, à Viſitatoribus in uiſitatione; ſi fuerit Viſitator, aut Maior, à Capitulo Generali. Ad Monaſteria Monialium non accedant noſtri, neque ibi ordinariè celebrare Miſſas audeãt, & (ut ſemel dicamus) omne commercium, ac familiaritatẽ mulierũ, quaſi D ignem, cautè fugere curent. Si autem (quod Deus auertat) aliquis incurrerit in peccatum fornicationis, quod manifeſtum ſit Eremitis, includatur in carcerẽ, & plectatur diſciplinis, ieiunijsq; in pane, & aqua ad ſuperioris arbitrium; & ſi peccatum fuerit manifeſtũ etiam ſecularibus, ſic puniatur ad arbitrium Capituli Generalis. Quòd ſi delinquens fuerit Prælatus, deponatur à Prælatione, & puniatur ut ſupra ad arbitrium Maioris, & Viſitatorum; & ſi fuerit Maior, aut Viſitator, ad arbitrium Capituli Generalis.

Sequitur Regula.

DEinde ſecundum genus eſt Anachoretarum, id eſt Eremitarum, horum, qui non conuerſionis feruore initio, ſed Monaſterij probatione diuturna, didicerunt

runt contra Diabolum, multorum ſolatio iam docti, pugnare: & benè inſtructi fraterna ex acie ad ſingularem pugnam Eremi, ſecuri iam ſine conſolatione alterius, ſola manu, vel brachio contra vitia carnis, vel cogitationum, Deo auxiliante, pugnare ſufficiunt. A

Tertium verò Monachorum teterrimum genus eſt Sarabaitarum, qui nulla Regula approbati, experientia magiſtra, ſicut aurum fornacis, ſed plumbi natura molliti, adhuc operibus ſeruantes ſeculo fidem, mentiri Deo per tonſuram noſcuntur. Qui bini, aut terni, aut certè ſinguli ſine Paſtore, non Dominicis, ſed ſuis incluſi ſunt ouilibus, & pro lege eis eſt deſideriorum voluptas, cum quicquid putauerint, vel elegerint, hoc dicunt Sanctum; & quod noluerint, hoc putant non licere.

Quartum verò genus eſt Monachorum, quod nominatur Gyrouagum, qui tota vita ſua per diuerſas Prouincias ternis, aut quaternis diebus per diuerſorum Cellas hoſpitantur, ſemper vagi, & nunquàm ſtabiles, & proprys voluptatibus, & gulæ illecebris ſeruientes, & per omnia deteriores Sarabaitis. De quorum omnium miſerrima conuerſatione melius eſt ſilere quàm loqui. His ergò omiſſis, ad Cęnobitarum fortiſſimum genus diſponendum, adiuuante Deo, veniamus. B

CONSTITVTIO.

SIMILE inſtitutum quale fuit Anachoretarum, (relictis Sarabaitarum, & Girouagorum generibus, qui in pernicioſa libertate viuentes, nullam nobis perfectionis normam tradere poſſunt) Diuinitus excogitauit

C gitauit Beatisſimus Romualdus, vt qui Diuina inſpiratione, maioriq; ſilentij, ac perfectionis deſiderio ad culmen veræ ſolitudinis peruenire anhelant, faciliùs finem ſuum conſequantur. Hos autem qui hanc vitæ auſteritatem arripiunt, iam ab initio incluſos antiqui Patres uocauerunt, eò quòd non in libera vagandi (ſicut olim Anachoretæ) poteſtate relinquuntur, ſed oſtio clauſo intra unius Cellulæ, hortulique parietes, omni hominum conſortio priuati, contineãtur; Iuxta quod Beatisſimi Romualdi Inſtitutum in hũc uſque Diem obſeruatum, decreuerunt Patres, ut profesſis Eremitis deſiderantibus, veroq; affectu petẽtibus, poſt quinquennium profesſionis emiſſę, huiuſmodi recluſio, uel ad certum tempus, vel etiam in perpetuum concedi posſit. Quorum tum uita, atque religioſi mores, videlicet obſeruantia, ſilentium, oratio-
D nis feruor, ſimileſq; virtutes probè exploratæ concedentibus eſſe debent. Cuius quidem concesſionis, niſi perpetua fuerit, aut ad plures annos, auctoritas penes Diffinitores Capituli Generalis tãtummodo permanebit. Nec tamen longam incluſionem permitti fas eſt, niſi his, qui iam per plures temporales, aut ſaltem unius anni recluſiones probati exiſtant. Licebit nihilominus Priori alicuius loci, eiſdem omnino circunſtantijs exercitatæ virtutis attentis, alicui ex ſua familia, ad breue trium, ſiue ſex mẽſium, aut ad ſummum vnius anni tantùm ſpatium, & nullo modo vltra concedere. Tandem Prælati durante Prælatura, Magiſter Nouitiorum, Sacriſta, & Cellerarius, durante officio, recluſionem non obtinebunt; Fiant itaque recluſoriæ domunculæ aliquantulum cęteris remotiores;

tiores; Quæ ſuum Oratorium, ſiue Sacellum cum A
Altare,& ornamentis ad ſacrificandum neceſſariis ha
bere debent. Quarum etiam hortuli muro clauden
di ſunt. Hæc igitur ſit lata, & immutabilis recluſionis
lex, ut Incluſi omnes, perinde atque aperti Eremitę
ſub ſanctisſimæ obedientię iugo ſuperiori ſuo ſubie
cti per omnia maneant; parati ſemper, quicquid in-
iunctum fuerit, adimplere. Ex ſuo inſuper illo vo-
luntario carcere nullatenus egredi, aut foras ſub gra-
ui pęna proſilire queant. Sed benè ſuperior, aut ſupe-
riores, qui eis talem gratiam conceſſerunt, quoties li-
buerit, poterunt eos tam perpetuos, quàm tempora-
les incluſos inde extrahere. Sciant præterea incluſi
perpetuum ſibi inuiolabileque ſilentium eſſe indi-
ctum; Vnde illos quempiam alloqui, & è contrà ſibi
verba facere volentē ſine ſpeciali licentia Prioris ſcri- B
pta, & ſigillata audire nefas eſt: Exceptis diebus D.
Martini, & Dominicæ Quinquageſimæ, in quibus re
creationis, & charitatis cauſa Coeremitarum ſemel
tantùm colloquia admittere, eis permiſſum eſt. Lite-
ras ad Eremitas dare, uel ab eis accipere, niſi ſciente
Priore, illicitum prorſus cenſetur. Si quis autem ſe-
cus fecerit, tam mittens, quàm recipiens ſemel in pa-
ne, & aqua ieiunet. Rurſus horas Canonicas non va
gabundi, ſed attentè, & deuotè intra Oratorium ſuū
perſoluent, nec quando ipſi volunt; Verùm eiſdem
Diurnis, nocturniſq; temporibus, quibus in Choro
dicuntur, communis campanæ ſignum obſeruantes,
cum ſolitis ceremoniis, & obſeruantiis tam ſpirituali-
bus quàm corporalibus; quæ in Conſtitutionibus cō-
tinentur. Et quia ſanctum illud ocium ſanctas deſi-
derat

C derat occupationes, adeò ſingulis diebus vltrà ordinarium officium quinquaginta pſalmos Dauidicos recenſeant, & lectionem quotidianam ante Completorium nunquàm omittant. Vltrà quam, & alias lectiones Eremitis apertis cõmunes vnius horę alicuius ſpiritualis libri lectionem perſoluent. Eodem modo ſolitam vnius horæ orationem in mane, & ſero diuiſam recluſi cum feruore ſpiritus utroq; tempore duplicabunt, & vlterius in quantum fieri poteſt, extendent. Demùm, & victus ratione in hoc ſalté ab alijs coerceant, vt præter ſolitas abſtinentias, toto tempore Regularis Ieiunij, ſine alia licentia ſingulis hebdomadibus duplicare ualeant. Quòd ſi ſtrictius cũ Dei adiutorio uiuere cupiunt, Superioris aſſenſum humiliter petere debent. Erit tamen in eorũ arbitrio ſocculo uti aperto, ac pedibus nudis incedere, necnon D & cilicicium ad carnem mortificandam deferre. Qui ad tempus includuntur, actiuam vocem in Capitulo non habent; Perpetui verò neque actiuam, neque paſſiuam retinebunt. In Oratorio ſemper pallio vtãtur, in quod intrantes ſpargãtur aqua benedicta, quã ipſi ſibi Dominico die conficiant, aut ab Eccleſia delatam recipiant. Nec obliuiſcantur quotidie Indulgentias Congregationis, & alias, ſi quæ ſunt, in ſuis Oratoriis, ſicut eis auctoritate Apoſtolica licet percipere. Demum feria quinta Hebdomadæ ſanctæ Exeuntes ad cõmunem Eccleſiam accedant, ſimul cum aliis cõmunicaturi, refectioni, & mandato præſentes futuri. Feria autem ſexta, & Sabbatò ad Nonam venientes rem ſacram cum cæteris audiẽt. Reliquum anni tẽpus in recluſorio agentes; ſi incluſi ſacerdotes nõ fue

rint

rint ſacerdotum & incluſorum Miſsas audire, eiſque A
ſacrificantibus deſeruire, atque ibi cõmunionem ſumere, permittente Prælato, poterunt. Quę oĩa, & per alium ſacerdotem Eremitam apertum à ſuperiore de mandatum in oratorio incluſi celebrando cõmodius fieri poſse uidentur.

Qualis debeat eſse Abbas. Cap. II.

ABBAS, qui pręeſſe dignus eſt in Monaſterio; ſemper meminiſſe debet quod dicitur, & nomen Maioris implere, Chriſti enim agere vices in Monaſterio creditur quando ipſius vocatur pronomine, dicente Apoſtolo, Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba Pater. Ideoq; Abbas nihil extra præceptum Domini (quòd abſit) debet docere, aut conſtituere, aut iubere, ſed iuſſio eius, vel doctrina fermento diuinæ Iuſtitiæ in Diſcipulorum mentibus conſpergatur. Memor ſit ſemper Abbas, quia doctrinæ ſuę, vel diſcipulorum obedientiæ vtriuſq; rei in tremendo Iudicio facienda erit diſcuſſio. Sciatq; Abbas, culpæ Paſtoris incũbere quicquid in ouibus Paterfamilias vtilitatis minus potuerit inuenire. Tãtum iterum liber erit, vt ſi inquieto, vel inobedienti gregi Paſtoris fuerit omnis diligentia attributa, & morbidis earum actibus vniuerſa fuerit cura exhibita, Paſtor earum in Iudicio Domini abſolutus dicat cum Propheta Domino. Iuſtitiã tuã non abſcondi in corde meo, Veritatem tuã, & ſalutare tuum dixi Ipſi autem contemnentes ſpreuerunt me. Et tunc demum inobedientibus curæ ſuæ B

ouibus

C *quibus pena ſit,eis preualens ipſa mors. Cum ergo aliquis ſuſcipit nomẽ Abbatis,duplici debet doctrina ſuis præeſſe Diſcipulis,id eſt, omnia bona, & ſancta factis amplius quam verbis oſtendere, vt capacibus Diſcipulis mandata Domini verbis proponat; duris verò corde, & ſimplicioribus, factis diuina præcepta demonſtret.oĩa verò quę diſcipulis docuerit eſſe contraria in ſuis factis indicet non agenda,ne alijs prædicans ipſe reprobus inueniatur,ne quando illi dicat Deus peccanti. Quare tu enarras Iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu verò odiſti diſciplinam, & proiecisti ſermones meos poſt te, & qui in fratris tui oculo feſtucam uidebas,in tuo trabem non vidiſti.*

CONSTITVTIO.

D APVD nos nomen Abbatis in vſu non eſt, neque dignitas abbatialis, eo quòd Eremitica ſimplicitas magnis nominibus,aut nobilibus titulis vti minime ſolet. Quamobrem iam ab initio ſtatuerũt Patres,ne loca ſocietatis noſtræ Abbatiæ,vel Monaſteria;ſed Eremi,ſic & locorum ſuperiores non Abbates,ſed Priores vocarentur: Cum nõ in Clauſtris, nec in magnis ædificijs, ſed in remotis potiùs, ac deſertis montibus ſparſim, ſolitariorum more, habitare Eremicolas deceat.Supremus autem,vniuerſaliſq; totius Congregationis Prælatus,Maioris titulo prænotatur. Quod in ipſo fundationis Indulto per ſedẽ Apoſtolicam confirmatam fuit. Nec aliter unquàm ſacra Camaldulenſis Eremus uſa fuiſſe dignoſcitur.

Verun-

Veruntamen parum,immò nihil intereſt,quo nomine is, qui vel Eremo, vel vniuerſę Religioni præeſt nuncupetur: quo minus eundem ſanctiſſimi Patris ſalutaris ſermo tota virtute cõprehendat. Neq; enim in voce, ſed in re, onus Prę̄laturæ conſiſtit. Vt hanc igitur de nomine quæſtionem miſſam faciamus, dicẽdum eſt, omnibus, & ſingulis Prælatis traditam eſſe præſentem Benedicti doctrinam, quam ſi obſeruare neglexerint, eorum negligentiæ in Tremendo Dei Iudicio ſtricta fiet diſcuſſio. Quicunq; ergo alijs prę ficitur, duplici doctrina (verbi ſcilicet, & exempli) diſcipulos ſuos inſtruere pro viribus conetur; vt aliqua in parte ſimilis illi fiat, qui priùs cępit facere, & poſtea docere. Debet ſiquidem Prælatus nomen dignitatis ſuæ præcipuè ſanctitatis exemplis adornare. Quod Apoſtolus ſtrictè præcipit dicens. In omnibus te ipſum exemplum præbe bonorum operum, ſic & Chriſtus ad Diſcipulos ſuos clamat. Vos eſtis ſal terræ, Vos eſtis lux Mundi. Hinc eſt quod dici ſolet, verba monent, exempla docent. Iam quid de Iuſtitia ſeruanda, deq; doctrina verbi ſeminanda dicat ſanctiſſimus Pater, audiamus.

A

B

Sequitur Regula.

NON ab eo perſona in Monaſterio diſcernatur. Nõ unus plus ametur quàm alius niſi quem in bonis actibus, aut obediẽtia inuenerit meliorem. Non præponatur ingenuus ex ſeruitio conuertenti, niſi aliqua rationabilis cauſa exiſtat. Quòd ſi ita (iuſtitia dictante) Abbati uiſum fuerit, de cuiuslibet ordine id faciat;

C *faciat; ſin aliter, propria teneant loca. Quia ſiue ſeruus, ſiue liber, omnes in Chriſto vnum ſumus, & ſub uno Domino æqualem ſeruitutis militiam baiulamus. Quia nõ eſt apud Deum perſonarum acceptio. Solummodo in hac parte apud ipſum diſcernimur; ſi meliores alijs in operibus bonis, & humiles inueniamur. Ergò æqualis ſit omnibus ab eo charitas, vna præbeatur omnibus ſecundùm merita diſciplina. In doctrina namq; ſua Abbas Apoſtolicam debet illam ſemper formam ſeruare, qua dicit. Argue, obſecra, increpa. id eſt, miſcens temporibus tempora, terroribus blandimenta, dirum Magiſtri pium Patris oſtendat affectum. Id eſt, indiſciplinatos, & inquietos debet durius arguere; obedientes autem, & mites, & patientes, vt in melius proficiant, obſecrare. Negligentes autem, & contemnentes, ut in*
D *crepet, & corripiat, admonemus. Neq; diſſimulet peccata delinquentium; ſed mox ut cœperint oriri, radicitus ea (vt præualet) amputet, memor periculi Helij ſacerdotis de Sylo: & honeſtiores quidem, atq; intelligibiles animos prima, vel ſecunda admonitione verbis corripiat; improbos autẽ, & duros, ac ſuperbos, vel inobedientes verberum, vel corporis caſtigatione in ipſo initio peccati coerceat, ſciens ſcriptum. Stultus verbis non corrigitur, & iterum. Percute filium tuum virga, & liberabis animam eius à morte. Meminiſſe debet ſemp, Abbas quod eſt, meminiſſe quòd dicitur: & ſcire, quia cui plus cõmittitur, plus ab eo exigitur. Sciatque quam difficilem, & arduam rem ſuſcepit, regere animas, & multorum ſeruire moribus, & alium quidem blandimentis, alium verò increpationibus, alium ſuaſionibus, & ſecundum vniuſcuiuſq; qualitatem, vel*

intelli-

intelligentiam ita ſe omnibus conformet, & aptet, ut non ſolum detrimenta gregis ſibi commiſſi non patiatur, uerùm & in augmentatione boni gregis gaudeat. Ante omnia, ne diſſimulans, aut paruipendens ſalutem animarum ſibi commiſſarũ, plus gerat ſollicitudinem de rebus tranſitorijs, & caducis; ſed ſemper cogitet, quia animas ſuſcepit regendas, de quibus & rationem redditurus eſt: & ne cauſetur de minori fortè ſubſtãtia, meminerit ſcriptum, Primũ quærite Regnũ Dei, & Iuſtitiã eius, & hæc oĩa adijcientur uobis; & iterum. Nihil deeſt timentibus Deum. Sciatq; quia qui ſuſcipit animas regendas, præparet ſe ad rationem reddendam. Et quantum ſub cura ſua fratrum ſe habere ſcierit numerum, agnoſcat pro certo, quia in die Iudicij ipſarum omnium animarum eſt redditurus Domino rationem ſine dubio, addita, & ſuæ animæ, & ita timens ſemper futuram diſcuſſionem Paſtoris de creditis ſibi ouibus, cum de alienis ratiocinijs cauet, redditur de ſuis ſollicitus, & cum de admonitionibus ſuis emendationem alijs ſubminiſtrat, ipſe efficitur à vitijs emendatus.

A B

CONSTITVTIO.

HAEC ſanctiſſimi Patris doctrina, maiorem attentionem, ſeu potius obſeruationem deſiderat, quàm quòd aliqua egeat interpretatione. Quis enim manifeſtius oſtendere poterit, quanta in quouis Prælato debeat eſſe æqualitas circa honorum, & bonorum, nec non diſciplinæ inter fratres ſuos diſtributionem? Quanta item diſcretione ab eodem ſacra

C doctrina ſecundùm cuiuſq; capacitatem ſit diſpenſanda,uel correctio vnicuiq; adaptanda ? Animaduertendum quoque eſt,quàm periculoſa ſit cura animarum,quàmque ſtricta ratio ab his,qui pręſunt, de grege ſibi commiſſo in die Iudicij exigenda ſit. Quòd ſatis comminatus eſt Dominus per Ezechielem, dicēs. Væ Paſtoribus Iſrael,qui paſcebant ſemetipſos; & iterum. Ecce ego ipſe ſuper Paſtores, & requiram gregem meum de manu eorum.

De adhibendis ad Conſilium Fratribus. Cap. III.

QVOTIENS aliqua præcipua agenda ſunt in Monaſterio, conuocet Abbas omnem Congregationem, & dicat ipſe
D *vnde agitur, & audiens conſilium fratrum, tractet apud ſe prudenter, & quod vtilius iudicauerit, faciat. Ideò autem omnes ad Conſilium vocari diximus, quia ſæpe iuniori Dominus reuelat quod melius eſt. Sic autem dent fratres conſilium cum omni humilitatis ſubiectione; vt non præſumant procaciter defendere quod eis viſum fuerit; ſed magis in Abbatis pendeat arbitrio, & quod ſalubrius eſſe iudicauerit, ei cuncti obediant. Sed ſicut Diſcipulis conuenit obedire Magiſtro, ita & ipſum prouidè, & iuſtè condecet cuncta diſponere. In omnibus igitur omnes Magiſtram ſequantur Regulam, neq; ab ea temere declinetur à quoquam. Nullus in Monaſterio proprij ſequatur cordis voluntatem: Neq; præſumat quiſquam cum Abbate ſuo proterue intra, aut extra Monaſte-*

rium

rium contendere. Quod ſi præſumpſerit, Regulari diſciplinæ ſubiaceat. Ipſe tamen Abbas cum timore Dei, & obſeruatione Regulæ omnia faciat, ſciens ſe proculdubio de omnibus Iudicijs ſuis æquiſſimo Iudici Deo rationem redditurum. Si qua verò minora agenda ſunt in Monaſterij vtilitatibus, ſeniorum tantùm vtatur conſilio, ſicut ſcriptum eſt, omnia fac cum conſilio, & poſt factum non pœnitebis. A

CONSTITVTIO.

HAEC conuocatio Congregationis, ſiue conſilium, de quibus hic diſſerit ſanctiſſimus Pater, vetuſtiſſima omnium Religionum conſuetudo obrinuit ut Capitulum vocetur, & Congregatio in hoc loco vnius Monaſterij ſeu Religioſæ domus Conuentus intelligatur. Capitulum autem aut generale B eſt, aut Couentuale, aut certè (vt vocant) culparum. Quorum unumquodque ſuum tractatum deſiderat; cum ſingulorum diuerſa ſit congregandi cauſa, celebrandique modus. De Generali autem, atque culparum Capitulis infra ſuis locis tractabitur. Hic verò de ſolo Conuentuali agendum eſt. Ordinauerunt ergo Patres, vt quoties aliqua præcipua tractanda ſunt in Eremo, Prior ad ſonum campanulæ (vt moris eſt) quod ſignum ad ſpatium vnius Miſerere durabit cũ decem ictibus in fine, omnes vocales, qui ſacerdotes, & Clerici profeſſi eiuſdem loci, & familiæ tantùm intelliguntur, nec non & viſitatores, vbi præſentes reperiantur, conuocet. Quibus conuocatis omnes genufle

C xi ſecreto dicant Pater noſter,& ſuperior dicat. Et ne
nos.Verſ.Emitte ſpiritum tuum.Ver. Domine exau-
di. Verſ. Dominus vobiſcum. Oratio Actiones no-
ſtras,poſtea rem, de qua deliberandum eſt, ipſe(niſi
Maior ſocietatis, ad quem ſuo Iure ſpectat, præſens
ſit) diſtinctè proponat.Deinde cum matura conſide-
ratione auditis ſingulorum votis,per ſecreta ſuffragia
negocium terminetur. Quod ſi à maiori parte vltra
medietatem approbatum fuerit,definitum, ac ratum
habeatur. Nomine autem rerum præcipuarum vo-
lunt Patres intelligi receptiones Nouitiorum,tam ad
probationem quadragenariam,quàm ad ſuſceptionẽ
habitus,& profeſſionem,ac inciſionem lignorum in-
tra Eremi ambitum faciendam, & alia huiuſmodi ne-
D ceſſaria.Addito quòd reuelantes ea,quæ in Capitulo
aguntur,unde odium,uel ſcandalum oriri poſſit,gra-
uiter plectantur ſuperioris arbitrio.

Quæ ſunt inſtrumenta bonorum operum. Cap. IIII.

IN *primis Dominum Deum diligere ex toto corde,tota anima,tota virtute, dein de proximum tanquàm ſeipſum.Deinde non occidere,non adulterare, non facere furtum,non concupiſcere,non falſum teſtimonium dicere; honorare omnes homines,& quod ſibi fieri quis nõ vult,alijs ne faciat.Abnegare ſemetipſum ſibi, vt ſequatur Chriſtum; corpus caſtigare, delicias nõ amplecti,ieiunium amare,pauperes recreare,nudum veſtire,infirmum viſitare, mortuum ſepelire,*

re, in tribulatione ſubuenire, dolentem conſolari, à ſecu A
li actibus alienum ſe facere. Nihil amori Chriſti præ-
ponere, iram non perficere, iracundiæ tempus non re-
reſeruare; dolum in corde non tenere, pacem falſam
non dare, charitatem non derelinquere, non iurare om-
nino ne fortè periures, veritatem ex corde, & ore pro-
ferre, malum pro malo non reddere, iniuriam non face-
re, ſed factam patienter ſufferre. Inimicos diligere, ma-
ledicentes ſe non remaledicere; ſed magis benedicere;
perſecutionem propter Iuſtitiam ſuſtinere; non eſſe ſu
perbum, non uinolentum, nō multum edacem, non ſom-
nolentum, non pigrum, non murmurōſum, non detracto
rem, ſpem ſuam Deo committere; bonum aliquod in ſe
cum viderit, Deo applicet, non ſibi; malum verò ſem-
per à ſe factum ſciat, & ſibi reputet; diem Iudicij time
re, gehennam expaueſcere, uitam æternam omni concu
piſcentia ſpirituali deſiderare, mortem quotidie ante
oculos ſuſpectam habere; actus uitæ ſuæ omni hora cu- B
ſtodire; In omni loco Deum ſe reſpicere pro certo ſci-
re; cogitationes malas cordi ſuo aduenientes mox ad
Chriſtum allidere, & ſeniori ſpirituali; os ſuum à ma-
lo, uel prauo eloquio cuſtodire; multum loqui non ama-
re; verba uana, aut riſui apta non loqui; riſum multū,
aut exceſſum non amare, lectiones ſanctas libenter au-
dire; orationi frequenter incumbere; mala præterita
cum lachrymis, vel gemitu quotidie in oratione Deo
confiteri; de ipſis malis de cætero emendare; deſideria
carnis non perficere, uoluntatem propriam odiſſe; præ-
ceptis Abbatis in omnibus obedire, etiam ſi ipſe (quod
abſit) aliter agat, memor illius Dominici præcepti.
Quæ dicunt facite; quæ autem faciunt, facere nolite;

C *non velle dici ſanctum antequàm ſit, ſed prius eſſe quò verius dicatur, Præcepta Dei factis quotidie adimplere; caſtitatem amare, nullum odiſſe; Zelum, & inuidiam non habere; contentionem non amare; elationem fugere, ſeniores venerari, iuniores diligere in Chriſti amore, pro inimicis orare; cum diſcordantibus ante ſolis occaſum in pacem redire; & de Dei miſericordia nunquam deſperare.*

CONSTITVTIO.

ET ſi uetus, ac nouum reuoluamus Teſtamentum, neſcio an plura, vel aptiora ad ſalutem animarum inuenire ualeamus documenta, quàm ſint quæ hic obiter recenſuit Pater ſanctus bono-
D rum operum inſtrumenta. Quæ quanto quis diligentius adimplere conabitur, tanto in uia Iuſtitiæ, & Regularis, Eremiticæq; obſeruantiæ perfectior in dies euadet. Attamen quanquam hæc inſtrumentorum doctrina ſatis plena, atq; ſufficiens uideatur; duo nihilominus, ſine quibus ne ſuperiora quidem exerceri queunt, viſum eſt Patribus non eſſe ſilentio occultanda. Quorum alterum, confeſſionem peccatorum cum vera cordis contritione frequentare; alterum verò, ſacræ Communionis uenerabile ſacramentum crebrius conſcientia munda ſuſcipere. Ad quorum effectum præcipiunt Patres, ut omnes Eremitæ noſtri, ſingulis Dominicis diebus totius anni, & alijs ſollennitatibus in quibus Cõmunio fieri ſolet, peccata ſua ſacerdoti confiteantur. Sacerdotes tamen, qui ſecun-

dum

dum laudabilem ritum congregationis noſtræ quotidie (legitimo impedimento ceſſante) celebrare conſueuerunt, in Domino hortantur, ut frequentius etiã cæteris confeſſiones facere non negligant. Si quis autem intra octo dies, uel nouem ad ſummum ſinè ſuperioris licentia ex rationabili cauſa confeſſionem ſacramentalem non fecerit, omnes pitantias relinquet quouſq; cõfiteatur. Profeſſi igitur omnes ſuo Priori, aut certè alteri ſacerdoti per eundem Priorem eis aſſignato confiteri teneantur, & ubi commodè fieri poterit Prior eis aſſignet duos, uel tres Patres, ex quibus unum eligere teneantur ad beneplacitum conſcientiæ. Nouitij uerò ſuo Magiſtro confitebuntur; quos, & Prior (occurrente caſu) audire, & alijs, cum illi uiſum fuerit, audiendos committere poterit. Nemo tamen cogendus eſt, ei cui non uult confiteri, ſed eo caſu alius Confeſſor ei erit aſſignandus, ut dictũ eſt; A

Itinerantes quoq; omnes Eremitæ noſtri cum ad aliquam Eremum Congregationis peruenerint, ipſius loci Priori, aut cui ipſe iuſſerit confiteri debent, niſi duo, aut plures ſimul ſacerdotes iam aliàs approbati ſocij eiuſdem itineris exiſtant; Tunc enim illis ſe inuicem audire licebit, & ſi ſocius non fuerit ſacerdos, poterit ipſe ſacerdos aliàs approbatus eius confeſſionem audire. Verùm in ipſo itinere ſacerdos, quando neceſſitas expoſtulauerit, & alterius ſacerdotis noſtræ Congregationis copiam non habuerit, ſi hoc in fraudem non erit, poterit ab alio ſeculari, ſeu regulari ab ordinario deputato ſacerdote ſe confiteri; Si quis autem doloſe extra noſtram Congregationem confeſſus fuerit, tribus diebus in pane, & aqua ieiunet, & B

C confeſſionem cum aliquo ex noſtris reiteret, quia nō eſt abſolutus; Si aliquando (quod raro, & ſine aliqua retributione fiat) deuotus aliquis ſęcularis apud nos audiendus ſit, Ille eum de licentia ſuperioris audiat, qui prius ab ordinario idoneus iudicatus fuerit, à quo & caſus ſibi reſeruatos habeat, in quibus ſi pęnitens innodatus inueniatur, iuxta Concilij Tridentini decretum ad ſuos Iudices remittendus eſt. Admoneat tamen Patres in viſceribus Ieſu Chriſti Prælatos omnes, ne circa curam animarum fratrum ſuorum negligentes exiſtāt, ſed potius eorum confeſſiones frequentius audiant, quod ad minus quater in anno per ſe ipſos facere non prætęrmittant. Auctoritas autem abſoluendi eadem erit Confeſſarij delegati, atq; Prioris delegantis, niſi ipſe ſibi aliquos caſus, (quæ ferè circa tranſgreſſionem trium votorum principalium ueſantur) expreſſè reſeruauerit. Iam quod ſuperius de
D frequentatione Confeſſionis dictum eſt, idem de ſacræ Communionis perceptione ſtatutum intelligatur, vt ſimiliter omnes Eremitæ non ſacerdotes ſingulis Dominicis diebus totius anni ſacræ Euchariſtię ſacramentum, ſumma deuotione, & reuerentia ſumant, niſi viſum fuerit Prælato, ob aliquem diem ſolennem, aliamvè cauſam, communionē præuenire; ſiue differre, præterquàm in Dominicis Aduentus, & Quadrageſimæ, in quibus facile non dimittitur: Præterea Feria Quinta in Cęna Domini, omnes, tam ſacerdotes quam non ſacerdotes, de manu ſuperioris tunc celebrantis communicabunt. Quoties tandem ad Communionem accedunt fratres, ſeruato ordine ſecundum tempus profeſſionis ſe inuicem præcedētes

bini,

bini, & bini ad Altare; ſacerdotes cum ſtola, reliqui A
cum modeſtia appropinquantes. Qui uerò frequen-
tius,vel rarius hoc ſacramento vti uolet, vtrumq; cũ
licentia ſuperioris, & conſilio ſui Confeſſarij faciat;
aliter enim id nemini licebit. Quod ſi quis aliter fece-
rit, reprehendatur, & corrigatur ad ſuperioris arbi-
trium; Rurſus,tam ad communem uſum,quam ad in
firmorum neceſſitatem, ſtrictè iuſſerunt Patres in
Eccleſijs cuiuſcunque Eremi noſtræ Congregarionis,
iuxta præceptum, & morem ſanctę Romanæ Eccle-
ſię, perpetuo Euchariſtiæ ſacramentum decen-
ter ſub claui obſeratum aſſeruari, & omni die Domi-
nico, uel ſemel in hebdomada commutari.

Sequitur Regula.

ECCE hæc ſunt inſtrumenta artis ſpiri-
tualis. Quæ cum fuerint à nobis die no B
cteq; inceſſabiliter adimpleta, & in
die Iudicij reconſignata; illa merces no
bis à Domino recompenſabitur, quam
ipſe promiſit; quod oculus non vidit, nec auris audiuit,
nec in cor hominis aſcendit, quæ prępar auit Deus his
qui diligunt eum. officina verò ubi hęc omnia diligen-
ter operemur, clauſtra ſunt Monaſterij, & ſtabilitas in
Congregatione.

CONSTITVTIO.

EXactè quidem, quæ in Clauſtro degentibus ad
perfectionem neceſſaria ſunt, Pater ſanctus exa-

rauit,

C rauit;ſed cũ vnaqueq; ars ſua inſtrumenta deſideret, nõ erit abs re,hic,& pauca, quæ Eremit. officinæ propria eſſe uidentur, ad noſtrã inſtrũctionẽ adiungere. Ea inquã,quę iã olim ab ipſo ſanctiſſimo Romualdo verbo,& exẽplo deſignata,& poſtmodũ per antiquarũ ſacræ Eremi Cõſtitutionũ auctores plenius elaborata inueniuntur.Quorum primum, ſeculum non ſolum fugere,uerùm etiam toto corde abhorrere ; ſolitudinem loci pariter & cordis amare : In ſolitaria Cella cum iugi quiete ſedere; ſemper aliquid operis facere,ne ocioſitas tribuat locum Diabolo ; moderatas vigilias agere ; diſcreta abſtinentia uti ; hoc eſt (ut ipſius Romualdi verbis utamur) Quotidie manducare,& ſemper eſurire ; rudibus ueſtimentis operiri, ac durius cubare,carnem flagris,& cilicio domare ; per-
D petuum ſilentium ſeruare;pſalmodiæ,& orationibus ſine intermiſſione uacare ; orando , & meditando ſe ſupra ſe leuare;ac demùm vnioni animæ cum Deo viriliter inſudare ; plura relinquere,& unum,quod optimùm eſt , ſemper quærere . Animaduertant autem Eremitæ omnes , vt hæc ipſa inſtrumenta ad interioris hominis reformationem,ad ſui ipſius mortificationem,& ad mentis in Deum eleuationem operentur. Alioquin corporalis iſta exercitatio ad modicum vtilis eſt,niſi vera pietate roboretur . Et qui aliter in ſolitudine uiuunt,ſimiles ſunt ſepulchris dealbatis,quæ (vt ſaluator ait) foris patent hominibus ſpecioſa,intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum , & omni ſpurcitia.

De

De obedientia. Cap. V.

PRIMVS obidientiæ gradus eſt, obediẽtia ſine mora; Hæc conuenit his, qui nihil ſibi Chriſto charius exiſtimant propter ſeruitium ſanctum, quod profeſſi ſunt, ſeu propter malum Gehennæ, vel gloriam vitæ eternæ. Mox ut aliquid imperatum à Maiore fuerit, ac ſi diuinitus imperetur, mora pati neſciunt in faciendo. De quibus dominus dicit. In auditu auris obediuit mihi; Et idem dicit Doctoribus, Qui vos audit, me audit, Ergo hi tales relinquentes ſtatim quæ ſua ſunt, & volantatem propriam deſerentes, mox exoccupati manibus, & quod agebant imperfectum relinquẽtes, vicino obedientiæ pede iubentis vocẽ factis ſequuntur. Et velut vno momento prædicta Magiſtri iuſſio, & perfetta diſcipuli opera in uelocitate timoris Dei ambæ res communiter citius explicantur, quibus ad vitam æternam gradiendi amor incumbit. Ideò anguſtam uiã arripuit; vnde Dominus dicit. Anguſta via eſt, quæ ducit ad uitam; ut non ſuo arbitrio uiuentes, uel deſiderijs ſuis, & uoluptatibus obedientes ſed ambulantes alieno Iudicio, & Imperio in Cęnobijs degentes, Abbatem ſibi præeſſe deſiderant; ſine dubio hi tales illam domini imitantur ſententiam, quà dicit. Non ueni facere uoluntatem meam, ſed eius, qui miſit me: Sed hæc ipſa obediẽtia tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis hominibus, ſi quod iubetur non trepidè, non tardè, non tepidè, aut cum murmure, uel cum reſponſo nolẽtis efficiatur; Quia obedientia, quæ Maioribus præbetur, Deo exhibetur.

Ipſe

C *Ipſe enim dixit. Qui nos audit, me audit, & cum bono animo a Diſcipulis præberi oportet, quia hilarem datorem diligit Deus. Nam cum malo animo ſi obedit Diſcipulus, & non ſolum ore, uerum & in corde ſi murmurauerit, & ſi impleat iuſſionem, tamen acceptum iã non erit Deo, qui cor reſpicit murmurantis; & pro tali facto nullam conſequitur gratiam, immò pœnam murmurantium incurrit, ſi non cum ſatisfactione emendauerit:*

CONSTITVTIO.

CVM Beatus Paulus Iuſtinianus noſtræ Congregationis fundator digniſſimus, locum hunc in ſuo admirabili de obedientia Tractatu, tam eleganter ſit interpretatus, operæ precium erit, ut Eremi-
D tæ noſtri omnes ſolliciti ſint eundem libellum ſemper præ oculis habere, & cum affectione lectitare, quo facilius veræ obedientiæ perfecti obſeruatores efficiantur. Nam ſicut ipſe iunioribus ſequentibus ſe dicere ſæpius ſolebat; Eremitas, quibus ſanctæ Religionis vota, & Regulares quaſque obſeruantias ſtrictius Cęnobitis cuſtodire conuenit; ad ſummum huius virtutis culmen præ cęteris Religioſis omnibus anhelare oportet. Aequum enim, rationiq; conſonum cuiq; videri poteſt, ibi maiorem debere eſſe obediendi obſeruantiam, vbi frequentior, auſteriorq; eſt viuendi diſciplina. Quamobrem paternę pietatis affectu Eremitas omnes admonent Patres, quatenus nihil omninò operentur, nihil præter

ter id quod communis vſus habet, facere præſumant. A
Nullam deniq; artem exerceant, nihil ex vna in al-
teram Cellam, vel à loco in locum transferre, neq;
veſtes, vel aliud quodpiam veſtimentum ſcindere,
vel alterare, neq; aliquod extraordinarium Exerci-
tium ſpirituale (& ſi bonum) inchoare tentent, abſ-
que ſui Maioris, vel Prioris ſcientia, aut iuſſione. Ab
omnibus item prorſus abſtineant, quæ vel verbo,
vel lege vetita conſtent, immò, & ea, quæ minima
ſunt, queq; eis ſine licentia agere licet, cum obedien-
tiæ merito tacere delectentur; Ac præcipuè omnia
quæcunq; in Regula, vel Conſtitutionibus expreſſa
inueniuntur, inuiolabiliter obſeruare totis viribus ni-
tantur. Ad maiorem præterea propriæ voluntatis
abrenunciationis perfectionem, nouerint omnes E-
remitæ noſtri, per votum obedientię, omnibus priui-
legijs, gratis, indultis, ſeu conceſſionibus à ſede Apo-
ſtolica iam antea in proprium cuiuſq; fauorem ob- B
tentis penitus abrenunciaſſe; ſiue ea ſingularitatem
vitæ, ſiue ſacrorum ordinum promotionem, ſiue ſu-
biectionis exemptionem, ſiue tandem quocunq; mo
do propriæ voluntatis effectū reſpicere dignoſcātur.

De Taciturnitate. Cap. XXI.

Sciamus quod ait Propheta; Dixi, cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea: Poſui ore meo cuſtodiã, obmutui & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Hic oſtendit Propheta ſi à bonis eloquijs interdum propter taciturnitatem debet taceri,

quanto

C *quantò magis à malis verbis propter pœnam peccati debet ceſſari? Ergo quamuis de bonis, & ſanctis ædificationum eloquijs perfectis diſcipulis propter taciturnitatis grauitatem rara loquendi concedatur licentia; quia ſcriptum eſt. In multiloquio non effugies peccatum; & alibi, Mors, & vita in manibus linguæ. Nam loqui, & docere Magiſtrum condecet, tacere, & audire diſcipulo couenit, & ideò ſi qua requirenda ſunt à Priore, cum omni humilitate, & ſubiectione, & reuerentia requirantur, ne videatur plus loqui, quam expedit; ſcurrilitates vero, vel verba ocioſa, & riſum mouentia æterna clauſura in omnibus locis damnamus, & ad tale eloquium Diſcipulum aperire os non permittimus.*

CONSTITVTIO.

D Taciturnitas ſacroſancta eſt, dummodo iuſtitiæ metas non excedat; nam tempus eſſe tacendi, & tempus loquendi ſcriptura docet. Vnde Gregorius in Moralibus eadem lance ponderat indiſcretum ſilentium, atq; vanam loquacitatem. Ecce Ioannes Baptiſta dum ſolus in deſerto manſit, mirabiliter ſiluit. At venientem ad ſe Iudaicum populum ſalubriter docuit, voce magna clamans, Agite pœnitentiam. Ideo diſcreta conſideratione ſtatuerunt Patres hanc ſanctiſſimi Benedicti de cuſtodia linguę doctrinam, ſecundum locum & tempus, ſecundum deniq; neceſſitatis, & charitatis indigentiam (iuxta ſubſequentem formam) eſſe ſeruandam. cum autem hic ſilentij rigor in quibuſdam locis, & temporibus

per

per ſuperiorem relaxari poſſit ac debeat. In quibuſ- A
dam vero temporibus, & locis nulla diſpenſatio admittatur. Declaramus omninò indiſpenſabiles eſſe omnes per annum Dominicos dies, omnes etiam ſolennitates, & feſta ſanctorum, quæ ex præcepto Eccleſiæ, vel ex Conſtitutione cuſtodiri iubentur, ambas Quadrageſimas, & ſextas Ferias cuiuſq; hebdomadæ, & ſimiliter dies, in quos ob aliquam cauſam abſtinentia transfertur; Ac etiam à Completorio cuiuſq; diei vſq; ad Primam ſequenti, ſic & horas, quæ tempore æſtiuo vel orationi, vel dormitioni deputatæ ſunt. Eodem modo diſpenſatio in quibuſdam locis locum non habet, veluti ſunt Eccleſia, & eius veſtibulum, Sacrarium, Capitulum culparum, & refectorium, in quibus ſilentium frangere quaſi ſacrilegium reputatur, vniuerſa ſic humana conditione, fraternaq; charitate exigentibus, erit inutile ſi aliquibus B
diebus, & locis modica, & honeſta loquendi licentia concedatur. In Dominica igitur Quinquageſimæ, & in feſto ſancti Martini (quia Quadrageſimas ingreſſuri fratres ſimul charitatiuè reficiuntur) ſilentiũ à Prima diei vſq; ad quartam noctis horam relaxabitur; Eccleſia, ſacrario, Capitulo, & Cellis exceptis, quibus in locis loqui nullo tempore licet, vt dictum eſt, dummodo diuinę laudes in Choro conſuetis horis, & deuota grauitate perſoluantur. obtinuit inſuper laudabilis conſuetudo, vt bis in hebdomada tempore hyemali, & ter in æſtate per ſuperiorem poſt Primam in veſtibulo Eccleſiæ ſilentium diſpenſetur. Quæ quidem diſpenſatio vltra ſignum Completorij eiuſdem diei non extenditur. Hyemem autem dici-

mus

C mus a feſto Exaltationis ſanctæ Crucis vſq; ad Paſcha Reſurrectionis. Quod vero reliquum eſt temporis vſq; ad eundem Feſtum, æſtatem uocamus. Fiat itaq; diſpenſatio in hyeme feria tertia, & quinta, ſed in æſtate additur Sabbathum. In quibus diebus, vel in aliquo eorum, ſi præceptiuum feſtum inciderit, in alium non impeditum diſpenſatio trãsferatur. Quod ſi tota hebdomada feſtiua fuerit, in minori feſto fiat, ita vt nunquàm in hyeme bis, & ter in æſtate ſilentij ſolutio prætermittatur. Abſit tamen, & magno ſtudio caueant omnes in huiuſcemodi collocutionibus aliquid ſeculare, vanum, aut friuolũ tractare, ſed ſint eloquia eorum caſta, pacifica, ſine contẽtione aliqua, ſpiritualia, & ſãncta. Iam cum ſilentium non ſolum verbis, ſed etiam, immo magis quouis importuno tumultu, & ſtrepitu deſtruatur, ideo neceſſe eſt, dum Diuina officia, aut Miſſæ celebrantur circa Eccleſiam;
D dum vero oratio fit, vel ſomni quies capitur in Cellis, aut locis publicis, ab omni ſtrepitu, vel ſtrepitoſo manuali exercitio penitus abſtineri. Si quis autem ſilentij temporibus abſq; Superioris licentia alterius Cellam adierit, vel pulſauerit, aut ſtrepitum notabilem fecerit, cum officia celebrantur diuina, & oratio, ſiue dormitio ſit, & maximè nocturno tempore, accuſet ſe in Capitulo, & ſecundum culpæ qualitatem Superioris arbitrio puniatur. Qui vero ſilentium ſimpliciter transgreſſus fuerit, plus temporis loquendo, quàm vt pſalmus 50. Miſerere dici queat, priuabitur prima fructuum portione ſibi debita; ſic garrulæ aues, vel delicioſæ, & omne animal latrabile ludicrum, atque inquietum penitus ab Eremis noſtris arceantur. Nouitiis

tijs cum profeſsis nulla ſit unquam loquendi autho- A
ritas,niſi illi à ſuo Magiſtro, & iſti à ſuo Priore conſenſum prius obtinuerint.Cum hoſpitibus, ſiue ſeculares ſint,ſiue Religioſi, affines,vel amici,ſuel operarij,minime ſit licita conuerſatio, niſi eandem permiſerit,vel aliqua ex cauſa iuſſerit Prælatus. Meminerint tandem omnes quotidie, dum ſignum Primæ pulſatur,ad Deum mente cõuerſi hos verſiculos orando dicere. Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis. Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis

De humilitate. Cap. VII.

CLamat nobis ſcriptura diuina (fratres) B
dicens,omnis qui exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Cum hæc ergo dicit,oſtendit nobis omnẽ exaltationem genus eſſe ſuperbiæ,quod ſe cauere Propheta indicat dicens.Domine non eſt exaltatũ cor meum,neq; elati ſunt oculi mei; Neque ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus ſuper me; ſed quid? ſi non humiliter ſentiebam; ſed exaltaui animam meã, ſicut ablattatus ſuper matrem ſuam, ita retribues in animam meam; Vnde (fratres) ſi ſummæ humilitatis culmen uolumus attingere, & ad exaltationem illam Cęleſtem,ad quam per præſentis vitæ humilitatem aſcenditur,volumus velociter peruenire, actibus noſtris aſcendentibus ſcala illa erigenda eſt, quæ in ſomno Iacob apparuit,per quam ei deſcendentes Angeli,

C *& aſcendentes monſtrabantur. Non aliud ſine dubio deſcenſus ille à nobis intelligitur, niſi exaltatione deſcendere, & humilitate aſcēdere. ſcala uerò ipſa erecta noſtra eſt vita in ſæculo, quæ humiliato corde à Domino erigitur ad Cęlum. latęra enim eiuſdem ſcalæ dicimus noſtrum eſſe corpus, & animam, in quibus diverſos gradus humilitatis, uel diſciplinæ vocatio diuina aſcendendos inſeruit. Primus itaq; gradus humilitatis eſt, ut ſi timore Dei ſibi ante oculos ſemper ponēs obliuionem omnino fugiat; & ſemper ſit memor omnium, quæ præcipit Deus: & qualiter contemnentes Deum, in Gehennam pro peccatis incidunt, & uitam æternā, quæ timentibus deum præparata eſt, animo ſuo ſemper reuoluat, & cuſtodiens ſe omni hora à peccatis, & uitijs, id eſt, cogitationum, linguæ, oculorum, manuum,*
D *pedum, vel voluntatis propriæ, ſed & deſideria carnis amputare feſtinet. Exiſtimet ſe homo de Cęlis à Deo ſemper reſpici omni hora; & facta ſua in omni loco ab aſpectu diuinitatis uideri, & ab Angelis oī hora Deo nunciari. Demonſtrat nobis hoc Propheta, cum cogitationibus noſtris ita Deum ſemper præſentem oſtendit dicens. ſcrutans corda, & renes Deus. Et item Dominus nouit cogitationes hominum quoniam uanæ ſunt; & item dicit. Intellexiſti cogitationes meas à longè; & quia cogitatio hominis confitebitur tibi; Nam, ut ſollicitus ſit circa cogitationes ſuas peruerſas dicat ſemper humilis frater in corde ſuo. Tunc ero immaculatus coram eo, ſi obſeruauero me ab iniquitate mea, voluntatem verò propriam ita facere prohibemur, cum dicit ſcriptura nobis. Et à uoluntatibus tuis auerte; Et item rogamus deum in oratione, ut fiat illius uoluntas*

in

in nobis.Docemur ergò merito noſtram non facere vo- A *luntatem cum canemus illud,quòd dicit ſcriptura.Sunt uiæ,quæ uidentur hominibus rectæ,quarum finis uſque ad profundum Inferni demergit. & cum cauemus illud,quòd de negligentibus dictum eſt. Corrupti ſunt, & abbominabiles facti ſunt in uoluptatibus ſuis. In deſiderijs uerò carnis ita nobis Deum credamus ſemper eſſe præſentem,cum dicit Propheta Domino.Ante te omne deſiderium meum.Cauendum ergo eſt ideò malum deſiderium; quia mors ſecùs introitum delectationis poſita eſt. Vnde ſcriptum præcipit dicens. Poſt concupiſcentias tuas non eas. Ergo ſi oculi Domini ſpeculãtur bonos,& malos,& Dominus de Cęlo ſemper reſpicit ſuper filios hominum,vt uideat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum, & ab Angelis deputatis nobis quotidiè die, noctuq; Domino factori noſtro opera noſtra nunciantur,cauendam eſt omni hora, fratres, ſicut di-* B *cit in pſalmo Propheta,ne nos declinantes in malum, & inutiles factos aliqua hora aſpiciat Deus,& parcendo nobis in hoc tempore,quia pius eſt, & expectat nos conuerti in melius, ne dicat nobis in futuro: Hæc feciſti, & tacui.*

Secundus humilitatis gradus eſt, ſi propriam quis non amans voluntatem deſideria ſua nõ delectetur implere,ſed uocem illam Domini imitetur dicentis. Non ueni facere voluntatem meam,ſed eius, qui miſit me. Item dicit ſcriptura:voluntas habet pęnam, & neceſſitas parit coronam.

Tertius humilitatis gradus eſt; ut quis pro dei amore omni obedientia ſe ſubdat maiori,imitans Dominũ, de quo dicit Apoſtolus:Factus obediẽs uſq; ad mortem,

C *Quartus humilitatis gradus eſt; ſi in ipſa obedientia duris, & contrarijs rebus, vel etiam quibuslibet irrogatis iniurijs tacita conſcientia patientiam amplectatur, & ſuſtinens non laßeſcat, vel diſcedat, dicente ſcriptura. Qui perſeuerauerit uſque in finẽ, hic ſaluus erit. Item confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum; Et oſtendens fidelem pro domino vniuerſa etiam cõtraria ſuſtinere debere; dicit ex perſona ſufferentium. Propter te morte afficimur tota die; æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis; Et ſecuri de ſpe retributionis diuinæ, ſubſequuntur gaudentes, & dicentes; Sed in his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos; Et item alio loco ſcriptura. Probaſti nos (inquit) Deus, igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum. Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro. Et vt*
D *oſtendat ſub Priore debere nos eſſe, ſubſequitur dicens. Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra; ſed & præceptum Domini in aduerſis, et in iniurijs per patientiam adimplẽtes, percuſſi in maxilla præbent & aliam; auferenti tunicam dimittunt & pallium; angariati mille paßus, vadunt & duo milliaria, & cum Paulo Apoſtolo falſos fratres, & perſecutiones ſuſtinent, & maledicentes ſe benedicunt.*

Quintus humilitatis gradus eſt, ſi omnes cogitationes malas cordi ſuo aduenientes, vel mala à ſe abſcondite commiſſa, per humilem confeßionem Abbati non cęlauerit ſuo. Hortatur nos de hac re ſcriptura dicens. Reuela Domino, viam tuam, & ſpera in eo; Et item dicit. Confitemini Domino quoniam bonus: Quoniam in ſęculum miſericordia eius; Et item Propheta. Delictũ meum cognitum tibi feci, & iniuſtitias meas non operui.

rui. Dixi,pronunciabo aduerſum me iniuſtitias meas Domino,& tu remiſiſti impietatem cordis mei. A

Sextus humilitatis gradus eſt, ſi omni vilitate, vel extremitate contentus ſit Monachus,& ad omnia,quę ſibi iniunguntur,velut operarium ſe malum iudicet,& indignum,dicens cum Propheta. Ad nihilum redactus ſum, & neſciui. Vt Iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.

Septimus humilitatis gradus eſt,ſi omnibus ſe inferiorem,& viliorem,non ſolum ſua lingua pronunciet; ſed ēt intimo cordis credat affectu, humilians ſe, & dicens cum Propheta. Ego autem ſum vermis, & non homo; opprobrium hominum, & abiectio plebis. Exaltatus ſum,& humiliatus, & confuſus. Et item Bonum mihi, quia humiliaſti me, vt diſcam mandata tua.

Octauus humilitatis Gradus eſt, ſi nihil agat Monachus,niſi quod communis Monaſterij Regula, vel maiorum cohortantur exempla. B

Nonus humilitatis gradus eſt, ſi linguam ad loquēdum prohibeat Monachus, & taciturnitatem habens uſque ad interrogationem non loquatur, monſtrante ſcriptura, quia in multiloquio non effugietur peccatum, Et quòd vir linguoſus non dirigetur ſuper terram.

Decimus humilitatis gradus eſt;ſi,non ſit facilis ac promptus in riſu.Quia ſcriptum eſt.Stultus in riſu exaltat vocem ſuam.

Vndecimus humilitatis gradus eſt; ſi,cum loquitur Monachus,leniter, & ſine riſu,humiliter cum grauitate,vel pauca verba,& rationabilia loquatur, & nō ſit

C *clamoſus in voce, ſicut ſcriptum eſt. Sapiens verbis in-*
noteſcit paucis.

Duodecimus humilitatis Gradus eſt, ſi non ſolũ cor-
de Monachus, ſed ẽt corpore humilitatem videntibus
ſe ſemper indicet. Id eſt, in opere, in Monaſterio, in Ora
torio, in horto, in uia, in agro, vel vbicũq; ſedens, ambu
lãs, vel ſtãs, inclinato ſit ſemper capite, defixis in terrã
aſpectibus, reũ ſe omni hora de peccatis ſuis exiſtimãs;
iam ſe tremendo Iudicio Dei præſentari exiſtimet, di-
cens ſibi ſemper illud, quod Publicanus ille Euãgelicus
fixis in terram oculis dixit. Domine nõ ſum dignus ego
peccator leuare oculos meos ad Cęlum. Et Iterum cum
Propheta. Incuruatus ſum, & humiliatus ſum uſque-
quaq;. Ergo his omnibus humilitatis gradibus aſcen
D *ſis Monachus ad Charitatem Dei perueniet illam, quę*
perfecta foras mittit timorem, per quam vniuerſa, quę
priùs non ſine formidine obſeruabat, abſque vllo labo-
re, velut naturaliter, ex cõſuetudine incipiet cuſtodire;
non iam timore Gehennę, ſed amore Chriſti, & conſue-
tudine ipſa bona, & delectatione virtutum, quę Domi
nus iam in operarium ſuum mundum à vitijs, & pecca
tis ſpiritu ſancto dignabitur demonſtrare.

CONSTITVTIO.

IAM ſancta eſt, tãq; plena huius Capitu li tractatio, vt ſuperfluũ videatur aliud quicquam hoc in loco ſtatuere, tãtæq; vtilitatis huius lectionis ſeries apparet, vt ex ſe nos non inuitet modo; ſed ẽt ad ſui admirationem, & continuum ſtudium propria virtute compellat.

De

De officijs Diuinis in Noctibus. Cap. VIII.

HYemis tempore, id eſt à Kalendis Nouembris vſque ad Paſcha, iuxta conſiderationem rationis octaua hora noctis ſurgendum eſt; ut modico amplius de media nocte pauſetur, & etiã digeſti ſurgant. Quod verò reſtat poſt vigilias, à fratribus qui pſalterij, vel lectionum aliquid indigeat meditationi inſeruiatur. A Paſcha autẽ vſque ad ſupradictas Kalendas Nouembris ſic temperetur hora vigiliarum agenda; vt pauciſſimo interuallo quo fratres ad neceſſaria naturæ exeant, cuſtodito, mox Matutini, qui incipiente luce agendi ſunt, ſubſequantur. A

CONSTITVTIO.

DIuina officia longè aliter hodie perſolui, atque Diui Benedicti temporibus, nemo eſt qui neſciat, Cum multa tam in modo dicendi, quàm in temporum obſeruatione paulatim ſint in melius cõmutata: quale eſt illud, quòd ab annis retromille Eccleſia ſanctã Nocturnas, & Matutinas laudes pro vna hora reputat, ſimulq; pſoluere conſueuit. Neque toto hyemis tempore octaua hora ſurgendum eſt; ſed iuxta noctis breuitatem, ſeu longitudinem hora vel protrahenda eſt, vel retrahenda. Vnde præcedenti cõſideratione Patres ordinauerunt, quatenus ab Idibus Septembris primum Matutini ſignum hora ſeptima B

C pulſetur. Tum à die ſeptima Octobris quaſi per ſuos gradus aſcendẽdo, hora ſeptima, & dimidia, ſic à Kalendis Nouembris hora octaua dictum ſignum fiat. Rurſus à decimo Februarij ſenſim retrocedendo hora ſeptima, & dimidia; A ſeptimo verò Martij hora ſeptima. A ſecunda die Aprilis hora ſexta, & dimidia. A vigeſima quinta eiuſdem hora ſexta; Similiter à die Nona Maij hora quinta, & dimidia, & à die ſecunda Iunij hora quinta. Prȩterea iterum creſcente nocte, iterum etiam ſignum protenditur. Vnde à decima Iulij pulſatur hora quinta, & dimidia; & à Kalendis Auguſti hora ſexta, & à Vigeſima eiuſdẽ uſq; ad prædictas Idus Septembris hora ſexta, & dimidia. Excipitur inde. Nox Dominicæ Natiuitatis, in qua nocturnæ laudes hora ſexta nunciãtur. Voluerũt adhuc

D Patres nocturnam Synaxim perpetuo duplici ſigno nunciari, ſicut & alias Canonicas horas. Primum itaque Matutini ſignum hyemis tempore tantum durabit, quantum ſit ſpatium quinq; Miſerere; ſed in æſtate quatuor tantùm, cum interuallo duorum Miſerere inter primum, & ſecundum; Vltimum verò ſignum vnius Pater noſter cum Angelica Salutatione erit. Audito ergo Nocturnæ laudis ſigno velociter ſurgentes præparent ſe omnes ad tantum opus: Et ſtatim mentem ad Deum leuantes aliquam feruentem orationẽ ſeu pſalmum pronuncient, aut certè meditentur aliquod paſſionis, vel diuinitatis myſterium, ad Eccleſiã (ſic modeſta grauitate ſeruata) properantes; Quo cũ peruenerit frater, aperto in primis capite in ipſo introitu aqua benedicta ſe aſpergat, dicẽs. Aſperges me Domine &c. Quod quidem omnes obſeruare debẽt,

non

non ſolum intrantes, verum etiam exeuntes ab Eccle A
ſia. Tunc verò ante Altare genuflexus cum humilita-
te dicat, Introibo in domũ tuam, adorabo ad tẽplum
ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo Domine,
Et poſtquam aliquantulum orauerit, ſua ſimili deuo
tione perfunctus ſurgat, & Chorum intrans in loco
ſuo ſe collocet, ac genibus flexis deuotè ſolitum ſupe
rioris officij incipiendi ſignum præſtolatur. Reliquis
autem horis, & tẽporibus, quoties templum Dei in
trat frater, aperto capite ingrediatur, etiã ſi frigus ma-
ximè vigeat, & altero genu tantum coram Altari ad
terram flexo, ſe ſimiliter inclinet, & ſufficit.

Quot Pſalmi dicendi ſint in Nocturnis horis. Cap. IX.

HYemis tempore premiſſo in primis verſu. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me feſtina. In ſecũdo ter dicendum eſt, Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudẽ tuam. Cui ſubiungendus eſt tertius pſalmus, & Gloria. Poſt hunc Pſalmus nonageſimus quartus cũ Antiphona, aut certè decantandus, inde ſequatur Ambroſianũ. Deinde ſex Pſalmi cum Antiphonis. Quibus dictis, & dicto verſu benedicat Abbas, & ſedentibus omnibus in ſcamnis, legantur viciſſim à fratribus in Codice ſuper analogium tres lectiones, inter quas tria reſponſoria cantantur, duo reſpõſoria ſine gloria dicantur. Poſt tertiam uerò lectionem qui cantat dicat gloriam, quã cum incipit Cantor dicere, mox omnes de ſedilibus ſur- B

gant

C *gant ob honorem, & reuerentiam Sanctæ Trinitatis*
Codices autem legantur in vigilijs diuinę auctoritatis
tam veteris Teſtamenti, quàm noui, ſed & expoſitio-
nes earum, quę à nominatiſſimis & orthodoxis, catho-
liciſq; Patribus factę ſint. Poſt has verò tres lectiones
cum reſponſorijs ſuis ſequantur reliqui ſex pſalmi cum
halleluia canendi. Poſt hoc lectio Apoſtoli ſequatur ex
corde recitanda, & verſus, & ſupplicatio letaniæ, id eſt
Kyrieleiſòn, & ſic finiantur vigilię nocturnę.

CONSTITVTIO.

ORdinem hunc ferialis officij, quem Pa-
ter ſanctus hic tam exactè digeſſit, ad
unguem obſeruauerũt ab initio Maio-
res noſtri, ſicut antiquum Breuiarium,
nouumq; plenius docent; Cuius noui
D Breuiarij ſeriem, in omnibus, quæ ad horas Canoni-
cas perſoluendas attinent, adamuſſim eſſe ſequendã
ijdem Patres ordinauerunt. Satis igitur erit, ſi hic mo
dum, & ceremonias in Nocturnis celebrandis oſten-
damus. Ceſſante demum ſecundo campanę ſono, om
nibus in Choro genuflexis (uti dictum eſt) dato ab
ipſo ſuperiore officii inchoandi ſigno, omnes vel ſic
genuflexi, vel inclinati, pro ut tempus requirit, dicãt
ſecreto Pater noſter, Aue Maria, Credo, Quibus fini-
tis, iterum ſuperiore ſignante erigantur cuncti; &
hebdomadarius ſacerdos incipiat: Deus in adiutoriũ
meum intende. Quod cum dicitur, omnes ad Altare
conuerſi ſe ſigno Crucis muniant. Cum verò dicitur,
Domine labia mea, &c. os tãtum pollice ſignent. Ad
Gloria

Gloria Patri iterum vtrinque ad Chorū conuerſi pro A
fundè ſe inclinent. Poſtea ſtantes ſequētia proſequā-
tur. Rurſus dum dicitur Pſalmus Nonageſimus quar-
tus, uenite exultemus, ad altare cōuertant facies ſuas,
quod, & quando Euangeliū ſuper Altare legitur, ſem
per obſeruandum eſt. Item ſacerdos quando Capitu
la; Antiphonas ad Magnificat, & Benedictus, oratio-
neſq; recitat. Et Clericus, quādo Reſponſoria breuia,
verſiculos, & lectiones, ac verſiculos reſponſoriorum
quæ poſt lectiones Beatæ Mariæ, ac officii defuncto-
rum dicuntur pronunciat, idē facere debet. Attamen
tres lectiones, quas hic Pater ſanctus viciſſim in Cho
ro legi iubet, apud nos ille, qui vltimus eſt, ſiue infe-
rior Chori oppoſiti hebdomadario, dictas lectiones,
petita benedictione, leget. Niſi de homilia Euangelii
currentis deſumptæ ſint: tunc ſiquidem ſacerdotis B
hebdomadarii munus erit, Reſpōſoria verò Clericus
item hebdomadarius recitabit.

Qualiter æſtatis tempore nocturna laus agatur. Cap. X.

*A Paſcha autem uſq; ad Kalendas Nouem-
bris omnis (ut ſupradictum eſt) pſalmo-
diæ quantitas teneatur, excepto, quòd le-
ctiones in Codice propter breuitatem no
ctium minimè legantur; ſed pro ipſis tri
bus lectionibus una de veteri Teſtamento memoriter
dicatur, quam breue Reſponſorium ſubſequatur, & re-
liqua omnia (vt ſupradictum eſt) impleantur, ideſt nun
quam minus à duodecim pſalmorum quantitate ad vi-
gilias*

C *gilias nocturnas dicatur,exceptis tertio, & nonageſimoquarto pſalmo.*

CONSTITVTIO.

CVM omnia,quæ hic diſponũtur,in Breuiariis plenius digeſta inueniantur; ſuperfluum uideretur quicquid adiungere niteremur. Niſi illud adnotemus, quod illa lectio breuis memoriter recitanda extra Chorum tantùm in vſu eſt,priuatim officium dicentibus.At qui in Choro paulò longior aſſumitur de ſcriptura currenti; quàm aliæ ordinariæ lectiones eſſe ſoleant. Hanc conſuetudinem vnanimiter confirmauerunt Patres,qui expreſsè iuſſerunt nũquàm,ſiue noctium breuitatis, ſiue tardius ſurgendi
D cauſa,in Choro aliquid truncari, aut præcipitanter dici,ſed omnia integrè,diſtincteq; pronũciari. Quamobrem ꝙ quiſq; lecturus eſt præuideat, ac diligenter percurrat,& locum ſignet,ne poſtea ſe, & alios perturbet; & potius muſſitare,quàm legere uideatur.

Qualiter Dominicis diebus vigiliȩ agantur. Cap. XI.

DOminico Die temporius ſurgatur ad vigilias; in quibus vigilijs teneatur hęc mẽſura.Id eſt,modulatis (ut ſupra diſpoſuimus) ſex pſalmis,& dicto verſu,reſidentibus cunctis diſpoſitè, & per ordinem in ſubſelliis legantur in Codice (vt ſupradiximus) quatuor

tuor lectiones cum Reſponſorijs ſuis, vbi tantùm in reſponſorio quarto dicatur à cantante Gloria. Quam cum incipit, mox omnes cum reuerentia ſurgant. Poſt quas lectiones ſequantur ex ordine alij ſex pſalmi cum antiphonis, ſicut anteriores, & verſus: poſt quas iterum legantur alię quatuor lectiones cum reſponſorijs ſuis ordine quo ſupra: Poſt quas iterum dicantur tria Cantica de Prophetis, quæ inſtituerit Abbas, quę Cantica cum halleluia pſallātur. Dicto ēt verſu, & benedicente Abbate; legantur alię quatuor lectiones de Nouo Teſtamento, ordine quo ſupra. A

CONSTITVTIO.

REferentes omnia (ut paulò ante diximus) ad ordinem Breuiarii: quod nihil à diſpoſitione Regulæ ſanctæ in hoc loco diſcrepat; de lectore tantùm, ac modo legendi agamus, oportet. Primi ergo Nocturni quatuor lectiones ille legere tenetur, qui infimum locum in Choro tenet ex oppoſito hebdomadarii; Qui ſiue Nouitius, ſiue Profeſſus exiſtat, nihil refert. Quicunque ſit lector, in ipſo cuiuſq; lectionis principio benedictionē petat capite inclinato, qua à ſuperiore data, cæteris ſedentibus ipſe ſtans legat; ſed quoties benedictio petitur, omnes ſurgere debent, & iterum ſedere. Sed nemo ante ſuperiorem ſedere præſumat. Secundæ autem lectiones ab eo leguntur, qui in proximo ſupra prædictum lectorem, in eadem parte Chori, loco reſidet. Tertii uerò Nocturni lectiones, quæ ferè de homilia Euangelii ipſius diei Feſti recitan- B

C citantur, ſemper ad ſacerdotem hebdomadarium pertinent, aut certè ad ſuperiorem, cum ipſe in primis ſolennitatibus officium deducit. Debent denique lectores, finita quiſq; ſua vltima lectione, in proprio loco humiliter genuflectere. Hebdomadarius autem ſacerdos ille dicitur, qui omnibus horis diurnis pariter, & nocturnis diuinum opus inchoat. Cuius munus erit, ad omnes horas Capitula, & Antiphonas ad Magnificat, & Benedictus in officio Regulari, Item antiphonas, & verſiculos Commemorationum, nec nôn verſum poſt Antiphonã Beatę Mariæ in fine officii cum ſuis orationibus proferre. Ac etiam prætioſa poſt Primam cum ſuis pertinentiis, Verſiculi, & orationes in officio Papæ, & Benefactorum, atque obierunt. Pſalmorum Gradualium, Pęnitentialiumq; verſiculi cum

D litaniis, quotieſcunq; dicenda ſunt, per ipſum hebdomadarium perſoluuntur. Miſſamq; conuentualẽ quotidie celebrare, & ſequenti Dominica, ac tota hebdomada primam Miſſam dicere tenetur. Clericus verò hebdomadarius, qui eiuſdem Chori erit cum ſacerdote prædicto, pronunciabit Inuitatorium cum Pſalmo venite exultemus, Antiphonas, verſiculos, & Reſponſoria lectionum officii Regularis. lectiones, & verſiculos in officio Beatæ Mariæ, & Defunctorum; lectionem Martyrologii, & lectionem breuem poſt Prętioſam, lectionem in Capitulo ante Completorium, & tandẽ oẽs antiphonas Pſalterii in ferialibus, ſimplicibus, & Dominicis intonabit; nã cum integræ dicuntur, ad Chorum ſpectat, In omnibus Dominicis per annum, ac Feſtis duplicibus in officio Regulari, ac in Anniuerſariis De functorum Clericus hebdoma

darius

darius præſens cum præterito, ambo inquàm ſimul A
Inuitatoria,& Reſponſoria breuia tā in laudibus quā
in veſperis in medio Chori decantabunt. Attamen in
ſemiduplicibus, ſimplicibus, atque feriis, ſolus hebdomadarius in ſuo proprio loco hoc munus adimplebit. In Feſtiuitatibus Maiori, ſeu Priori celebranti deſeruiet, & omnibus diebus feſtiuis pacem more ſolito acceptā prius, aliis præbebit. Frater autem Conuerſus qui ſeruitor dicitur, diligens in primis eſſe debet, ut quoties opus ſit pręſens in Eccleſia reperiatur. Is lucernas Chori ad Matutinum accendet; Accēdet, & candelas Altaris ad laudes, Miſſam, & Completorium, ac etiam ad veſperas diebus Feſtiuis; Quas (diuino peracto officio) cum diligentia extinguet. Crucem tam ad Proceſſiones, quę in Eccleſia fiunt, quā ad eas, quæ ad Infirmos communicandos, vngendoſue, mortuoſq; ſepeliēdos diriguntur, omnes antecedens portabit. Ad Miſſam inſuper Conuentualem ſacerdoti deſeruiet (niſi ſuperiorē in duplicibus primę Claſſis celebrare contingat, cui Clericus hebdomadarius aſſiſtere debet) Pręueniat ergo tempus, & ſe ad ſanctū opus præparet, ut incepta hora, quæ Miſſam immediate pręcedit, ſolitum campanæ ſignū pulſet; & in ſacrario pręparatus ſacerdotē expectet. Hoc etiam in ſequenti hebdomada Miſſæ, quæ poſt Primam dicitur, ſeruire, & die Dominico aquæ benedicendæ reſponſa benedicenti Præsbytero daturus aſſiſtere tenetur. Si uerò quoties opus eſt miniſterio ſuo nō præſto fuerit, uel ipſe legitimè impeditus aliū loco ſui non miſerit, dicat culpam ſuam in Capitulo, & à uino abſtincat. Atqui quoties aliquis ex his ſacerdos, uel Clericus iuſtè impeditus perſonaliter

B

C naliter his officiis adeſſe nequit, qui ei in eodem Choro proximè officio ſucceſſurus eſt, is munus ſocij adimplebit; laici verò, qui eo inferior eſt profeſſione; ſi autem hebdomadarij, incipient in veſperis Sabbathi vſque ad Nonam ſequentis Sabbathi incluſiuè, Qui nona finita proſternent ſe in medio Chori pro erroribus, & defectibus in officio per totam hebdomadam commiſſis.

Sequitur Regula.

POST quartum verò Reſponſorium incipiat Abbas Hymnum, te Deum laudamus. Quo dicto legat Abbas lectionem de Euangelio cum honore, & tremore ſtantibus omnibus. Qua per
D *lecta reſpondeant omnes Amen. & ſubſequatur mox Abbas Hymnum Te decet laus, & data benedictione incipiant Matutinos. Qui ordo vigiliarum omni tempore, tam æſtatis, quàm hyemis, æqualiter in die Dominico teneatur, niſi fortè (quod abſit) tardiùs ſurgatur, quia tunc aliquid de lectionibus breuiandum eſt, aut reſponſorijs; quod tamen omnino caueatur; ne proueniat. Quòd ſi contigerit, dignè inde ſatisfaciat in oratorio per cuius euenerit neglectum.*

CONSTITVTIO.

QVemadmodum omnia, quæ in prima huius Capituli parte continentur, inconcuſsè per omnes Eremos noſtras obſeruantur, ſic, & quæ in

hac

hac vltima tam graphicè legiſlator exarauit, ne in mi A nimo quidem prætermittuntur. Nam iamdudum ab ipſis Patribus decretũ eſt,ut ſemper ille, qui in Choro præſidet,& abſolutiones,quæ lectionibus præmittuntur, faciat, atque lectoribus benedictionem petẽtibus more ſolito impẽdat, ac deinde Te Deum incipiat,& Euangelium cum ſtola ad humeros ſuper pallium, in medio Altaris Maioris ante Tabernaculum ſanctiſſimi ſacramenti, ſtantibus omnibus,& illùc reſpicientibus,luminibuſq; itidem accenſis,alta, & intelligibili voce decãtet. Quo finito,Te Decet cum finali illius Feſti oratione dicat,Et tandem poſt benedicamus,& Verſ.Fidelium animæ;dicto ſecretò ab omnibus Pater noſter,& Aue Maria,ipſe ſuperior,antequam ab Altari diſcedat, laudes Matutinas dicendo Deus in adiutorium incipiat.Addiderunt inſuper Pa B tres, in quocũq; Congregationis loco Reuerendus Pater totius ſocietatis Maior pręſens fuerit,ad ipſum prædicta ſpecialiter pertinere. Qui etiam in omnibus ſolẽnitatibus primæ Claſſis, ac in Feſto ſanctiſſimæ Trinitatis,& Circuncîſionis Domini,nec nõ Purificationis,Annunciationis,& Natiuitatis Beatæ Mariæ, Diuinum officium in primis, & ſecundis veſperis in Matutino,& laudibus,& Tertia ducet;Et tandẽ Miſſam Conuentualem dicet. Eandem Miſſam celebrabit,quoties benedictio aliqua Candelarum, vel Cinerum,& oliuarum,atq; adeò quandocũq; Nouitius induẽdus eſt,uel profiteri debet. Item ſabbatho ſancto,& in vigilia Pẽtecoſtes.In quibus oĩbus ordo Miſſalis Romani obſeruãdus eſt.Ac deniq; ad ipſum pertinet generalẽ abſolutionẽ (ut moris eſt) dare.

D Quomodo

Quomodo Matutinorum ſolemnitas agatur. Cap. XII.

C *IN Matutinis Die Dominico in primis dicatur ſexageſimus ſextus pſalmus ſine antiphona in directum; poſt quem dicatur quinquageſimus pſalmus cum halleluya: poſt quem dicatur centeſimus decimus ſeptimus, & ſexageſimus ſecũdus, deinde Benedictiones, & laudes, lectio de Apocalypſi una ex corde, & Reſponſorium, et Ambroſianũ, & verſus, & Canticum de Euangelio, letaniæ, & completum eſt.*

CONSTITVTIO.

D SAEPE in ſuperiobus dictũ eſt, Matutinas laudes cũ Nocturnis ſimul abſolui conſueuiſſe, ſicut & paulò ante adnotauimus, laudes per ſuperiorem decantato Euangelio, antequam ab Altari recedat, eſſe inchoandas. In quibus prætérea dicendis, & modus in hoc Capitulo poſitus, & pſalmorũ ſeries, numeruſq; omnino ſeruantur. vnde quod hic addere neceſſe ſit, non apparet. Veruntamen hanc diuini operis partẽ ſingulariter præ alijs ſolemnem agi iuſſerunt Patres, declarantes Matutinas laudes nõ ſolũ maiori vocis ſono, moroſitateq; cantari, ſed etiã ſemper illuminato Altari celebrari. Sed quia Feſtorũ dies non omnes vno modo recoluntur, ideo in Altari illuminando modus quoq; varins procedit. In omnibus ſolemni-

ſolẽnitatibus primæ Claſſis, & in quibuſdam ſecundæ, quas primæ æquiparari ſtatuto Capituli cautum eſt, videlicet Circumciſionis Domini, Dominicæ ſanctiſſimæ Trinitatis, Purificationis, Annunciationis, & Natiuitatis Beatæ Mariæ; in quibus etiam ſuperior officium ducit: Tunc inquam ſex candelæ accenduntur quatuor vnciarum pondere. In feſtis verò ſecundæ Claſſis quatuor ſolummodo, ſed eiuſdem ponderis. In duplicibus tandem tertiæ Claſſis, & in Dominicis quatuor etiam, ſed trium vnciarum tantùm. At quoties fit officium, de Feſto Semiduplici, aut de die infra octauam, & de ſancta Maria in ſabbatho, duæ Candelæ ſolùm trium vnciarum Altari apponuntur. Hic eſt denique numerus, & pondus cereorum in Altari ſecundum qualitatem diei feſti collocãdorum. Qui, dum Te Deum canitur a Miniſtro, accendendi ſunt, & vſq; ad finem laudum perpetuo ardere debent. Ardebunt quoq;, dum Miſſa Conuentualis dicitur, dumq; Veſperæ celebrantur. Verùm in Ferialibus diebus, atq; in ſimplicibus Feſtis, ad laudes, & veſperas vna ſola candela duarum vnciarum ante Altare lucere conſueuit.

A

B

Qualiter Priuatis diebus Matutini agantur. Cap. XIII.

Diebus autem priuatis Matutinorum ſolemnitas ita agatur, id eſt ſexageſimus pſalmus dicatur ſine Antiphona in directum ſubtradendo modicè ſicut Dominica; vt omnes occurrant ad quinquageſimum, qui cum Antiphona dicatur: Poſt quem alij duo pſal-

C *mi dicantur (ſecundum conſuetudinem) id eſt. Secunda Feria pſalmus quintus, & trigeſimus quintus. Tertia Feria quadrageſimus ſecundus, et quinquageſimus ſextus. Quarta Feria ſexageſimus tertius, & ſexageſimus quartus. Quinta Feria octogeſimus ſeptimus, & octogeſimus nonus. Sabbatho autem centeſimus quadrageſimus ſecundus, & Canticum Deuteronomij, quod diuidatur in duas glorias. Nam cęteris diebus Canticum unumquodq; die ſuo ex Prophetis (ſicut pſallit Eccleſia Romana) dicatur. Poſt hæc ſequantur laudes, deinde lectio vna Apoſtoli memoriter recitanda, Reſponſorium, Ambroſianum, Verſus, Canticum de Euangelio, letaniæ, & completum eſt. Planè agenda Matutina, vel veſpertina, non tranſeant aliquando, niſi in vltimo per ordinem oratio Dominica omnibus audientibus dicatur à Priore propter ſcandalorum ſpinas, quæ oriri ſolent; ut Conuenti per ipſius orationis*
D *ſponſionem, qua dicunt. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, purgent ſe ab huiuſmodi uitio. Cæteris verò agendis vltima pars eius orationis dicatur, ut ab omnibus reſpondeatur; ſed libera nos a malo.*

CONSTITVTIO.

CVM omnia, quęcunq; Pater ſanctus in hoc Regulæ capite iubet, in viridi obſeruantia ſint, nihil ſuperaddere voluerunt Patres, ſed tantummodo laudabilem, præſcriptumq; noſtræ ſocietatis pſalmos intonandi modum confirmauerunt. Conſuetus

ſuetus autẽ modus ſic ſe habet, vt ſcilicet alternatim A
per vice[illegible] uas vtriuſque Chori ſuperiores pſalmos,
Hymnos, & Cantica intonent: ſed is, qui primam di
gnitatem in Choro obtinet, ſemper in officio Regu-
lari debet Cantica Euangelica, nempè Benedictus,
& Magnificat incipere. Niſi ipſe ſuperior officium fa
ciat, ſeu deducat; quia tunc Antiphonam dicturus,
non poteſt vtrumq; cum decore præſtare. Ideò qui
poſt eum Choro præeſt, eo caſu prædicta Cantica
intonabit. Eiuſdem ſuperioris onus erit in laudibus,
& ueſperis Dominicã orationem poſt C hirieleyſon
alta, & intelligibili voce pronunciare. Chirieleyſon
autem ſemper à Choro ſuperioris incipiuntur, præ-
ter quàm in officio Papæ, & in Pſalmis gradualibus
recitandis, & quando Gloria Patri in ipſa ſuperioris
parte finitur, ne indecentia cantus ſequatur. Incipiet
quoq; ſuperior ſemper Antiphonas (vt vocant) Bea
tæ Mariæ, hoc eſt, ſalue Regina, Regina Celi, & ſimi
les, & hoc in omnibus horis, in quibus huiuſmodi B
Antiphonæ dicendæ ueniunt.

In Natalitijs ſanctorum qualiter vigiliæ agantur, Cap. XIIII.

IN ſanctorum verò feſtiuitatibus, vel omnibus ſolẽnitatibus (ſicut diximus die dominico agendum) ita agatur, ex cepto, quòd pſalmi, aut Antiphonę, uel lectiones ad ipsũ diem pertinentes dicantur: modus autem ſupradictus teneatur.

CONSTITVTIO.

C SAnctorum ſolemnitates in plures Claſſes diuiduntur, nempè primæ, ſecundę, & tertię, ac ſemiduplicis, aut ſimplicis. Cuiuſcunq; autẽ Claſſis ſit Feſtus dies occurrens, diſtinctũ habet in Breuiario celebrandi officij modum, ad quem ſemper recurrendum eſt, & ſecundum Rubricas agendum.

Quibus temporibus dicatur halleluya. Cap. XV.

D *A Sancto Paſcha uſq; ad Pentecoſten ſine intermiſſione dicatur halleluya, tam in pſalmis, quàm in reſponſorijs. A Pentecoſte autem uſq; ad caput Quadrageſimæ omnibus noctibus cum ſex poſterioribus pſalmis tantùm ad Nocturnos dicatur. Omni verò Dominica extra Quadrageſimam cantica Matutini, Prima, Tertia, Sexta, Nonaq; cum halleluya dicantur. Veſpera verò cum Antiphonis; Reſponſoria nunquam dicantur cum halleluya, niſi à Paſcha uſque ad Pentecoſten.*

CONSTITVTIO.

QVod de Cãtico lętitiæ halleluya hic ſanctus Pater diſſerit, plenius, ac dilucidiùs in Breuiario, & Miſſali enucleantur. Ideò ne hic ſuperflua fru-

ſtra inculcare videamur, Breuiarij, Miſſalique regulas hac in re per omnia ſeruari Patres ſufficere decreuerunt. Reſtat quod præcipuũ eſt, ut omnes conſciẽtia pura, mundo corde, mente iubila illud Canticum ab Angelis nunciatum cum vera lætitia cantemus. A

Qualiter diuina opera per diem agantur. Cap. XVI.

SEpties in die (ait Propheta) laudem dixi tibi. Qui ſeptennarius numerus à nobis ſic implebitur; ſi Matutini, Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Veſperi, Cõpletorijq; tẽpore noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus, quia de his horis dixit Propheta. Septies in die laudem dixi tibi. Nam de Nocturnis vigilijs idem ipſe Propheta ait Media, nocte ſurgebam ad confitendũ tibi. Ergò his temporibus referamus laudes Creatori noſtro, ſuper iudicia iuſtitiæ ſuę. Id eſt Matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſpera, Completorio. Sed nocte ſurgamus ad confitendum ei. B

CONSTITVTIO.

QVamquam huius Regulæ Capitis doctrinã omnibus traditã eſſe, tam Clericis, quàm ſacerdotibus negare non deceat: Attamen, ſi paululum accuratẽ eã rimari voluerimus, certè fratribus noſtris Conuerſis iam olim à Sanctiſſimo Patre etiã directam fateamur oportet. Nam cum & ipſi Reli-

C gioſi ſint, non habitu, & habitatione tantùm, verunetiam operibus, factiſq; idipſum comprobare debet. Nec excuſationem aliquam habent, quòminus ipſi, ſicut & reliqui ſacris inſtituti, ſepties in die laudẽ Domino dicere, & media nocte ad confitendum ei ſurgere teneantur. Ac proinde (ſicut uetuſtiſſima conſuetudo habet) eos ad ſubſcriptas orationes loco officij quotidie recenſendas teneri. Conuerſi igitur fratres loco officij Regularis quotidie octoginta duas orationes Dominicas, ac totidem ſalutationes Angelicas deuotè pronunciabunt, ipſas partientes in hunc modum, vt ſcilicet Matutinis quadraginta, laudibus decem, Veſperis ſeptem; Primę, Tertiæ, Sextę, Nonę, ac Completorio, ipſarum cuilibet horarũ quinas tribuant. Dantes in primis operam, ut cuncta cũ deD uotione, attentioneq; perſoluant, ac ſumma reuerẽtia. Debent præterea ſingulis noctibus pulſante campana ad Eccleſiam accedere, & Nocturnis, laudibuſq; perſonaliter aſſiſtere, nec inde, donec officium abſolutum fuerit, recedere. In die verò, propter eorũ crebras occupationes, ſi feria ſit, aut dies non feſtiuus, ad Primã, & Completorium tantùm; In ſolemnitatibus, & feſtiuitatibus pręceptiuis etiam ad Veſperas ad Eccleſiam venire tenentur.

Quot Pſalmi per eaſdem Horas dicendi ſunt. Cap. XVII.

IAm de Nocturnis, vel Matutinis digeſſimus ordinẽ pſalmodię. Nunc de ſequentibus horis uideamus. Prima Hora dicãtur pſalmi tres ſigillatim, & non ſub

una

una Gloria.Hymnus eiuſdem horæ poſt verſum Deus in adiutorium meum intende,Domine ad adiuuandum me feſtina,antequàm pſalmi incipiantur. Poſt expletionem uerò trium pſalmorũ recitetur lectio vna , uerſus,& Chirieleyſon,& miſſæ ſint. A

CONSTITVTIO.

EXactè Pater ſanctus hic Horas dici adnumerat, quibuſque Prima dicitur, rectè præponitur;ſed quia magni intereſt,ſi hæc Prima diei hora ſuo tempore abſoluatur,vt cætera, quę domi agẽda ſunt, iuſto ordine ſuccedant. Ideò primum huius hore ſignum à Feſto exaltationis ſanctę Crucis vſq; ad Calendas Nouembris. Item à decimo Februarij vſque ad ſecundam diem Aprilis paulò ante ſolis ortum pulſandum eſt. Item ab eiſdem Calendis Nouẽ B
bris vſq; ad decimam Februarij eius ſignum in Aurora dabitur. Iam à ſecunda Aprilis vſque ad Feſtum Exaltationis Sanctę Crucis orto iam ſole. Primum ſignum durabit ſpatium duorum Miſerere, ac interuallum totidem,vltimum verò trium.Pręterea cum totum illud tempus inter Primam, & Tertiam , prima ſcilicet pars diei (quę integra Deo danda eſt) vtiliter ſit expendendum; Vetuſtiſſimum Eccleſię ſanctę ritum ſequẽtes Patres ſtatuerunt, ut quotidie, dũ prętioſa finitur,campanę pulſu frater,qui ſeruire primę Miſsę debet, dictam Miſſam ſignificet; quã hebdomadarius hebdomadę tranſactę dicere tenetur. Quę quidem Miſſa nunquam prętermitti debet, ut

omnes

C omnes fratres eam audire poſſint. Vnde hortantur Patres omnes Eremitas noſtros, ne quis ſit, qui quotidie (legitimo impedimento ceſſante) Miſſam non dicat, uel audiat. At ſi quis in priuatis diebus impeditus audire non poterit, Prioris conſenſum exquirat. Nunquam apud nos Miſſam cum cantu dici fas eſt; ſed in ſimplicitate Eremitica deuotè, uoce ſuaui, & cum debitis cęremonijs (iuxtà ordinem Miſſalis Romani, quo utimur, celebrandę ſunt. Frequentare autem celebrationes nitantur Sacerdotes, cum nullũ ſit Deo charius holocauſtum, quàm ipſum digniſſimum Euchariſtiæ ſacrificium. Igitur poſt Primã uſq; Tertiam ſacerdotes, qui præparati, ac ſine impedimẽto ſunt, ad celebrandum locis, & horis commodis
D accedant, Et qui indigent, confiteantur, & pręparentur cum diligentia, & humilitate. Ac præcipue curent omnes in Eccleſia communi ſacrificare, ſed ſi nec locus, nec tempus datur; tunc cum licentia Prioris in priuatis Cellarũ oratoriis id faciant, & qui ante Tertiam celebrare nequit, poſtea ſi tempus ſupplet, id efficere non omittat. Curet hebdomadarius, ut Tertia finita, ſeu ſuo tempore Nona, ante Altare præparatus inueniatur Miſſam celebraturus Conuentualem. Qui etiam die Dominico aqua benedicta omnes, quotquot ſunt in Choro, & Eccleſia, aſperget, ut in Miſſali habetur: ad quam aſperſionẽ omnes in Choro ſtare debent, & nullo modo genuflectere. In fine autem Miſſæ Fratres (more ſolito) communicabit, & ſanctiſſimi Sacramenti formas in Tabernaculo reſeruatas mutabit, ſeu renouabit. Rurſus in Congregatione noſtra iuſſerunt Patres, illis tantùm

indumen-

indumentis ſacerdotalibus,ſeu ornamentis utendum A
eſſe; quæ neceſſaria ſunt ſacerdoti ad celebrandum, hoc eſt,ſine pluuiali, Tunicellis,& alijs indumentis, ornamẽtiſvè Pontificalibus,neq; in Miſſis quantũuis ſolemnibus præter unum Miniſtrum adhiberi non poteſt.Qui Miniſter, in Miſſis precipuarum ſolemnitatum à Maiore, ſeu Priore celebrãdis, Clericus erit. In alijs omnibus ſufficit Conuerſus,ſeu laicus. Clericum autem Miniſtrum,vbi opus fuerit, iunabit laicus hebdomadarius, ſicuti eſt ignem in Turibulum mittere, & in ſacrario ſeruiet ſacerdoti,dum ſe præparat,& exuit. Atqui circa Altare ſolus Clericus hoc miniſterio fungetur, dando incenſum, & pacem. In ſolemnitatibus Primæ Claſſis,in quibus ſuperior celebrat,& in communi Refectorio oẽs ſimul reficiuntur,fit in Miſſa Conuentuali incenſatio; Et in tribus Miſſis,Noctis,Auroræ,& Tertiæ in Die Natiuitatis
Domini, nec non in tribus vltimis Ferijs hebdomadæ ſanctæ; in quibus omnibus incenſationibus ſequi B
oportet modum,& formam ſecundum regulas Miſſalis Romani, quo vtimur.Euangelium autem ſemper dicitur in Cornu Altaris dextro ſine aliqua ceremonia,præter incenſum in prædictis Feſtis.Inſuper, quia Rubrica Miſſalis (cum nõ utamur breuiario Romano) ab aliquibus parum intelligitur,declarant Patres, Gloriam in Excelſis dicendam eſſe in omnibus Feſtis duplicibus, ſemiduplicibus, cùm fit de ſancta Maria in Sabbatho,& ſimplicibus; excepto Feſto Sãctorum Innocentiũ,ſi non uenerit in Dominica.Infra octauas omnes, & in omnibus Ferijs tẽporis Paſchalis (præter Miſſam Rogationum) Dicitur quoq;

in

C in omnibus Dominicis totius anni, exceptis Domini cis Aduentus, & à ſeptuageſima incluſiuè uſque ad Paſcha. In Miſſis votiuis non dicitur, niſi dicatur de ſancta Maria, aut de Angelis, uel quando pro aliqua graui cauſa, ſeu bono Eccleſiæ celebratur. Pax dabitur in omnibus Dominicis totius anni, & in omnibus diebus Feſtis præceptiuis non ſolum Eccleſiæ uniuerſalis, ſed & loci particularis. Clericus enim hebdomadarius dabit pacem oſculandam celebranti, ac deinde cæteris aſſiſtentibus, incipiendo à Prælato, vel ſeniori, & ſic deſcendens uſq; ad inferiorẽ, dicens unicuiq; Pax tecum, & altero reſpondente, & cũ ſpiritu tuo. Singulis Dominicis ab illo ſacerdote, qui primã Miſſam celebrabit, benedicenda eſt aqua, depoſita prius planeta, & manipulo, ſed cum ſtola, idq; in ſacrario. Eadem ſtola circumamicitur ſacerdos, dum Euangelium poſt Nocturnos ſuper Altari legit. Vtantur etiã
D ea ſacerdotes, cum ad communionem accedunt, & quoties aliqua res benedicenda eſt. In legendo Euangelium Mandati Feria Quinta in Cęna Domini, & dũ Agonizanti fratri morituro ſolitæ orationes, ſeu admonitiones leguntur. In reliquijs pertractandis, vel manibus deducendis, vel tenendis, ſed in omnibus his, & alijs caſibus, in quibus ſtola vtendum eſt, aſſumet ſacerdos pallium ſuum, nec aliter ea utetur. Veruntamen quoties ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum à loco ad locum, veluti ad infirmum cõmunicandum portatur. Item quoties oleum ſanctũ ægroto periclitãti datur; Quoties exequiæ ſepulturæ defunctorum celebrantur, ſacerdos amicto, camiſo, & ſtola (ſine tamen planeta, & manipulo) indutus

eſse

eſſe debet; Et in his omnibus miniſterijs ſacris ſem- A
per præcedat Crux, accenſi cerei cum tintinnabulo, & aqua benedicta ad aſpergẽdum Infirmum, & eius manſionem.Sacerdotes dum rem ſacram faciunt,nõ ſint nimis moroſi,aut nimis celires,ſed potius mediũ inter utrunq; tenentes, deuotè in tanto myſterio ſe gerant.Cum Miſſæ in Eccleſia celebrãdæ fuerint, antequam ſacerdos ad Altare aſcendat, ſignum detur vnius ſaltem Auemariæ cum quinque ictibus in ſine,ſed ad Primam Miſſam, & ad Conuentualem ſignũ erit vnius Pater noſter, & Aue Mariȩ cum ijſdem ictibus, antequam ſacerdos induatur. Quando verò ad Altare aſcendit, ſignum aliud vnius Aue Mariȩ detur ſimiliter cum quinq; ictibus in fine. Cũ in Miſſa ſanctus dicitur, & ad eleuationem corporis Chriſti, ſi Miſſa priuata fuerit, cum tintinnabulo ad B
hoc prȩparato; ſi Conuentualis,cum magna campana ſignum fiet per ſpatiũ vnius Aue Mariȩ pro ſingulis vicibus.Quo audito omnes ubicũq; fuerint genufle ctant, & capite aperto Deum in tanto ſacramento humiliter adorent. At quando in prȩcipuis feſtiuitatibus Maiorem, aut Priorem celebrare contingit, tunc prȩdicta ſigna fiant cum magna campana, & cũ campanula ſimul. Quod etiam ſeruabitur ad Gloriã in Excelſis,& uſque ad finem eiuſdem gloriæ. Vocẽtur inſuper ſacerdotes ad Celebrandum, cum opus fuerit cum quinque ictibus maioris campanæ, ſeruitores autem cum tribus tantùm. Qui omnes ad hȩc ſolliciti eſſe debent, & ſe inuicem præuenire, præcipuè ſeruientes; Sed quia celebrationi Miſſarum lumina adeſſe debent,declarãt Patres,ad Miſſam Conuentualem

C uentualem in duplicibus; ac ſemiduplicibus Feſtiuitatibus, Dominicis, & infra octauas eaſdem candelas accendi, quæ laudibus deſeruierũt. In ſimplicibus, & Ferialibus diebus, duæ candelæ ponderis duarum vnciarum ardeant, excepta Miſſa Dominicę Palmarum, & vigiliæ Pentecoſtes, in quibus quatuor cereoli quatuor vnciarum ardere ſolent. Ad omnes autem Miſſas priuatas duæ candelę vnius vnciæ Altari apponũtur. Rurſus ſemper ante Altare duo Cerei honeſtæ magnitudinis in magnis Candelabris eſse conſueuerunt, qui in Miſſis Conuentualibus ad eleuationem ſanctiſſimi ſacramenti accenduntur, nec donec ſacerdos communicauerit, extinguendi ſunt. In alijs verò Miſſis unus tantùm ex his cereis accenditur, quod & in ſingulis ſacellis conſtituitur,

Sequitur Regula,

D *Tertia verò, Sexta, Nona, eodẽ ordine celebretur, ideſt Verſus, Hymni earũdem horarum, terni pſalmi lectio, et Verſus, Chirieleyſon, & Miſſę ſint. Si maior Congregatio fuerit, cum antiphonis, ſi verò minor, in directum pſallantur. Veſpertina autem Synaxis quatuor pſalmis cum antiphonis terminetur, poſt quos pſalmos lectio recitanda eſt; inde reſponſorium, Ambroſianum, verſus, Canticum de Euangelio, letanię, & oratio Dominica, & fiant Miſſę. Completorium autem trium pſalmorum dictione terminetur. Qui pſalmi directanei ſine antiphona dicendi ſunt,*

poſt

poſt quos Hymnus eiuſdem horæ, lectio una, verſus. A
Chirieleyſon, & benedictio, & Miſſæ fiant.

CONSTITVTIO.

TErtia verò pulſabitur ab Idibus Septēbris uſq; ad Paſcha media hora poſt primam Miſsam, Et ſi fortè poſt Primam non celebretur, ad unius horæ ſpatium ſignum tendatur. A Paſcha autem uſque ad Feſtum exaltationis ſanctę Crucis, quando non ieiunatur, pulſabitur poſt horam, & dimidiam poſt Primam Miſsam. At ſi ſit Ieiunij dies, dimidia hora tardiùs. Primũ ſignum Tertię erit unius Miſerere, Interuallum duorum, ſecundum ſignum item duorum: In Die verò Natiuitatis Domini, & B
ſancti Romualdi tria ſigna fiunt eiuſdem menſurę.

Signum ſextę, quod unicum eſt, erit ſpatii unius Pater noſter, & Aue Mariæ: Quę in Quadrageſima conſecutiuè poſt Tertiam dicitur, ac in vigilia Pentecoſtes, & quoties deficit Miſsa ordinaria Tertię. In Duplicibus, Dominicis, ſemiduplicibus, ſimplicibus, & Ferijs, poſt dictam ordinariã Miſsam Tertię ſexta ſemper cantatur. Nona per totum annum ea hora nunciabitur (ut ipſa, quando ſola dicitur) finita, & cum Miſsa, & Veſperi ſubſequuntur, ipſis abſolutis meridies adſit, ſed in Ieiunio Regulari per dimidiã horam anticipari poterit. Excipiuntur hinc etiam Dominicę omnes à Chalendis Nouembris uſq; ad Paſcha, nec non dies, in quibus tempore ęſtatis dormitio fit ante Nonam. In quibus Nona in ipſo meridie

C ſignatur. Primum ergo eius ſignum quando dormitur ante Nonam, ad duos Miſerere, quando verò nō dormitur, ad unum tantùm, ſed interuallum ad duo: & totidem erit ſecundum ſignum. Veſpere tandem ab Idibus Septembris uſq; ad Paſcha pulſetur hora vigeſima prima, exceptis Dominicis Quadrageſimæ magnę. In quibus, & toto tempore à Paſcha uſq; ad Feſtum ſanctæ Crucis Septembris, hora vigeſima ſignandę ſunt. Primum, & ſecundū ſignum per duo Miſerere, tantundem erit interuallum, niſi in diebus Ieiunij Quadrageſimæ, quia tunc, ob fratrum pęnitētiam, vnicum ſignum vnius Miſerere ſufficit. Notandum eſt pręterea in feſtis duplicibus ipſa ſigna lōgiora eſſe oportere q̃ in alijs quibuſcunq;. In utriſq; aūt Veſperis Natiuitatis Domini, & ſācti Romualdi tria ſigna fiunt eiuſdem menſurę. Completorii tandem ſi
D gnum circa vigeſimam tertiam horam detur, ſed aduertat ſacriſta, dum id agit, maximè in ęſtate, ut poſt Completorium uſque ad ſignum Aue Mariæ tēpus ſolitæ orationis ſuperſit. In hyeme autem, Completorio finito, ſtatim Aue Maria pulſetur; id eſt à Chalendis Nouembris uſque ad decimam diem Februarij. Eadem conſideratione vti oportet, cum officiū Defunctorum dicendum eſt, ut eo finito Aue Maria dicatur. Durabit Completorii ſignum tres Miſerere, aut quatuor, ſed non amplius. Quoties tamen Eremitæ omnes in Eccleſia adeſſe noſcuntur, tunc abbreuiari poteſt diuini officii ſignum, verū aliquo adhuc abſente, ad iuſtā menſuram protrahatur. Signū inſuper campanulę poſt lectionem Completorii nō omittatur, quod unius Pater noſter, & Aue Marię

erit,

erit, moxque vna Candela ponatur accenſa ſuper cā- A
delabrum ante medium Altaris, quæ eiuſdem pon-
deris erit, vt illæ quæ in Veſperis deſeruierunt. Iam
Venerabile ſalutationis Angelicæ ſignum dicto Cō-
pletorio ſtatim poſt ſolis occaſum pulſabitur. In No-
cte verò in fine laudum officij Regularis. At in Me-
ridie poſt Nonam beatæ Mariæ, ſi in Choro dicatur;
aliàs poſt Nonam Regularem ſigna tribus vicibus
dabuntur, cuiuſq; ſigni vnius Aue Mariæ ſpatiū erit
cum ſuis interuallis. Quo audito genuflectant om-
nes, & aperto capite deuotè Aue Maria dicant. Dum
verò dicitur Aue Maria, ad primam ſalutationē præ-
mittitur verſus Angelus Domini, &c. ad ſecundam,
Ecce Ancilla Domini, ad tertiam, & verbum caro fa-
ctum eſt: Et meminerint omnes, quia ita dicentibus
magna Indulgentia conceſſa eſt. B

Quo ordine Pſalmi dicendi ſunt. Cap. XVIII.

IN primis ſemper Diurnis horis dicatur Verſus, Deum in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me feſtina; & Gloria. Inde Hymnus vniuſcuiuſque horę. Deinde Prima Hora Dominica dicenda quatuor Capitula pſalmi centeſimi decimi octaui. Reliquis verò horis, id eſt Tertia, Sexta, & Nona, terna Capitula ſupradicti pſalmi centeſimi decimi octaui dicantur. Ad Primam autem ſecundę Ferię dicantur tres pſalmi, id eſt primus, ſecundus, & Sextus, & ita per ſingulos dies ad Primam uſ-

C *que ad Dominicam dicantur per ordinem terni pſalmi vſque ad decimum nonum pſalmum; ita ſanè, vt nonus pſalmus, & decimus ſeptimus partiantur in binas glorias, & ſic fiat, vt ad vigilias Dominicę ſemper à vigeſimo incipiatur. Ad Tertiam verò, ſextam, & Nonã ſecundę Ferię nouem capitula, quę reſidua ſunt de centeſimo decimo octauo, ipſa terna capitula per eaſdem horas dicantur; expenſo ergo pſalmo centeſimo decimo octauo duobus diebus, ideſt Dominico, & ſecunda Feria, tertia Feria iam ad Tertiam, Sextam, & Nonã pſallantur terni pſalmi à centeſimo decimo nono vſque ad centeſimum vigeſimum ſeptimum, ideſt pſalmi nouem. Qui pſalmi ſemper vſque ad Dominicam per eaſdem horas itidem repetantur. Hymnorũ nihilominus,*
D *lectionum, vel verſuum diſpoſitione vniformi cunctis diebus ſeruata, et ita ſcilicet, vt ſemper à Dominica cẽteſimo decimo octauo incipiatur. Veſpera autem quotidie quatuor pſalmorum modulatione canatur. Qui pſalmi incipiantur à centeſimo nono uſque ad centeſimum quadrageſimum ſeptimum, exceptis his, qui diuerſis Horis ex eis ſequeſtrantur, ideſt à centeſimo decimo ſeptimo vſque ad centeſimum. Vigeſimum ſeptimum, & centeſimo trigeſimo tertio, & centeſimo quadrageſimo ſecundo. Reliqui omnes in veſpera dicendi ſunt; Et quia minus veniunt tres pſalmi, ideò diuidẽdi ſunt, qui in numero ſupradicto fortiores inueniuntur, ideſt Centeſimus trigeſimus octauus, & centeſimus quadrageſimus ſextus, quia paruus eſt, cum centeſimo decimo quinto coniũgatur. Digeſto ergo ordine pſalmorum veſpertinorũ, reliqua, ideſt lectiones, reſponſoria, Hymni, verſus, vel Cantica (ſicut ſupra taxauimus) impleãtur.*

tur. Ad Completoriũ verò quotidie ijdem pſalmi repe-tantur, ideſt quartus, nonageſimus, & centeſimus trigeſimus tertius. Diſpoſito ordine pſalmodię diuinę, reliqui omnes pſalmi, qui ſuperſunt, ęqualiter diuidantur in ſeptẽ noctium vigilias, partiẽdo ſcilicet, qui inter eos prolixiores ſunt pſalmi; & duodecim, per unamquanque conſtituantur noctem. Hoc pręcipuè cõmonentes, ut ſicui fortè hęc diſtributio pſalmorum diſplicuerit, ordinet ſi melius aliter iudicauerit; dummodo omnibus modis id attendatur; ut omni hebdomadæ pſalterium ex integro numero centum quinquaginta pſalmorum pſallatur, & Dominico die ſemper à capite repetatur ad vigilias. Quia nimis iners deuotionis ſuę ſeruitium oſtendunt Monachi, qui minus pſalterio cum canticis conſuetudinarijs per ſeptimanę circulum pſallunt: cum legamus Sanctos Patres noſtros uno die hoc ſtrenuè impleuiſſe, quod nos tepidi utinam ſeptimana integra perſoluamus. A B

CONSTITVTIO.

MOnet ſanctiſſimus Pater, vt ſic pſalmi in Horis dicendis ordinentur, vt ſingulis hebdomadibus integrum pſalterium, ideſt centum quinquaginta pſalmi recitentur, vnde conſequenter antiquorũ Patrum morẽ referens ad prędictum numerum perſoluendum nos blande hortatur. Atqui ad maiorem rei propoſitæ perfectionem intendentes Patres, non ſatis habuerunt in communi officio pſalterium canẽtes Eremitas conſumare: Verùm etiam unumquẽq;

C per ſe priuatim vnaquaque hebdomada totum pſalterium percurrere iuſſerunt,ſiue memoriter meditã do tantùm,ſiue oris quoque ipſius pronunciatione. Recẽſentes ſingulis diebus quot pſalmos voluerint, & prout eis commodius fuerit, etiam ſi conſuetudo ſit,ſingulis quibuſque diebus vicenos, & Dominica die terdenos recitare.Quæ nimirum obligatio ad ſacerdotes tantùm,& Clericos extenditur.

De diſciplina pſallendi. Cap. XIX.

VBique credimus Diuinam eſſe præſentiã, & oculos Domini in omni loco ſpeculari bonos,& malos. Maximè tamen hoc ſine aliqua dubitatione credimus, cũ ad opus diuinũ aſſiſtimus. Ideò ſemper me-
D *mores ſimus,quod ait Propheta,ſeruite Domino in timore; Et iterùm, pſallite ſapienter,Et in conſpectu Angelorum pſallam tibi.Ergo conſideremus qualiter oporteat nos in conſpectu Diuinitatis, & Angelorum eſſe, & ſic ſtemus ad pſallendum, ut mens noſtra concordet voci noſtræ.*

CONSTITVTIO.

SAnctiſſimum pariter,& vtiliſſimum huius paginæ documentum ab omnibus certè eſt mente tenendum, ſed à Religioſis viris totis viribus amplexandum: atque diligentiſſimè obſeruandum.Infructuoſa eſt ſiquidem oratio,quæ labijs tantùm profertur,

ſertur, corde longè auerſo. Populus hic (ait Dominus, labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Atqui nemini dubium eſt, ad pie ſapiēterq; pſallendum, duo maximè iuuare; locum ſcilicèt, vbi pſallentes aſſiſtimus; & modũ, quo pſalmos proferimus. A
Quamobrem ſtrictè iubēt Patres, in cunctis locis ſocietatis noſtræ omnes ſacerdotes, ac Clericos, tam Nouitios, quam profeſſos, quotidie ad ſingulas horas nocturnas, ſiue diurnas, audito ſigno, ad Eccleſiá properare; ibique more ſolito coram ſanctiſſimo ſacramento cum deuotione, & debita reuerentia officiũ perſoluere. Quod adeò obſeruandum eſt, vt ſi fortè pauciores, imò ſi duo, uel vnus tantũ, in Eremo præſentes reperiātur, illi duo, vel vnus per ſe id in Eccleſia implere teneantur, quod tamen, ſecundùm antiquiſſimam noſtri ordinis conſuetudinem, iubent Patres ſine cantu, verbis nihilominus diſtinctis, voce clara, concorde, ac ſonora ſimul incipientes, & pariter B
deſinentes, cum debitis pauſis, ſeu punctis, Monaſtico more tamen perſolui. Omnes ad quos ſpectat incipere pſalmos, reſponſoria, Verſus, & alia intonare, animaduertant diligenter, vt cum voce mediocri, alta, & ſonora id faciant; aliàs enim res non benè habebit; Et qui canũt, ſeu lectiones legunt, ſemper in eodem tono incipiant, & finiant, quo cantus Chori deficit, quò inde idem tenor ſubſequatur; idq; maximè cum duo ſimul reſponſorium, ſeu inuitatorium concinunt. Item ne decor Diuini cultus importunè perturbetur, maneant perſeuerantes omnes uſq; in finè officij in Choro, niſi neceſſitas naturæ inde exire cogat. Neque Prælatus pro aliquo quamuis magno ne-

C gotio; dum Diuinis laudibus cum alijs vocat, interpelletur, neque ipſe interpellatus foras egrediatur. Vltra Regulare officium de quo dictum eſt. Horæ quoq; Beatæ Virginis ab omnibus, & ſingulis quotidie recenſendæ ſunt ſiue in Choro, ſiue extra Chorum iuxtà Breuiarij noſtri ſeriem. Sciendum tamen eſt, quandocunque prædictum Dominæ noſtræ officium in Choro non canitur, per Magiſtrum Nouitiorum cum Diſcipulis ſuis in Capitulo, vel in ſacrario eſſe exoluendum. Cæteri verò priuatim, vbicūque uoluerint, illud perſoluēt. Eadem ratione vnuſquiſque Eremita ſacerdos, & Clericus noſtræ ſocietatis ad officium Papæ, & benefactorum, nec nō Defunctorum (iuxtà formam Breuiarij) ſemel in hebdomadà in Choro, ſi præſens eſt, ſin minus, priuatim recitandum tenebitur. Et quia modeſtia, ac reuerentia exterior non parum interiorem deuotionē iuuat.

D Ideò quicunq; deſiderat uerum ſpiritus feruorē obtinere, pro virili ceremonias maximè, quæ in Choro frequētari ſolent, ſeruare ſtudeat. Illicitum in primis eſt, immo turpe reputatur, ſi ſtantes in Choro ad aliquam partem ſedilium dorſum, latuſvè reclinent, aut cubitis innitantur; Niſi ſenectus, vel infirmitas defectum excuſet. Tandem quoties omnes genuflexi manent; Chorus alter alterum reſpiciat. Quando officium de Feria agitur (tempore Paſchali excepto) dum Pater noſter, Aue maria, Credo, Confeſſio, Chirieleyſon, & oratio officij Regularis dicūtur, omnes genuflexi manere tenentur, quod ſeruatur, & in officio Papæ, ac Benefactorum; Verùm ſuperior ſtans, & alta voce poſt Magnificat, & Benedi-

ctus

ctus Pater noſter pronunciat, ſimiliter cum dat bene- A
dictiones, ſicut & poſt confeſſionem, miſereatur, &
indulgentiam, &c. Stat etiã hebdomadarius, quoties
dicit orationem; ſemper extrà Paſchale tempus, An-
tiphonæ B. Mariæ, hoc eſt ſalue Regina, & ſimiles di-
cuntur genibus flexis, etiam ſi officium non ſit feria-
le: quod, dum recitantur præces officii Defunctorũ,
etiam fieri oportet. Excipitur à prædictis genuflexio-
nibus totũ tempus Paſchale, ideſt à Paſchate Reſur-
rectionis uſque ad veſperas ſabbathi Dominicæ ſan-
ctiſſimæ Trinitatis, in quo tempore nunquam in ce-
lebratione Diuini officii genuflectitur, niſi in litaniis
ſancti Marci, & Rogationũ Feriis; Officium B. Ma-
riæ ſine genuflexione dicitur. Præterea, quando offi-
cium de Dominica, vel de feſto ſit etiam ſimplici, lo-
co dictarum genuflexionum ſtatur capite profundè
inclinato. Quæ inclinatio fit quoque, quoties dicitur
Gloria Patri, &c. In ultimis uerſibus Hymnorum, Ad B
uenite adoremus, & procidamus in Inuitatorio ad Te
Deum, cum dicitur ſanctus, Te ergò quæſumus, &
fiat miſericordia tua, Ad ueſperas, ſit nomen Domi-
ni, & ad Tertiam cum dicitur. Et ueniat ſuper me. Ad
Aue Maris ſtella, ò Glorioſa Domina, Maria Mater
gratiæ, & tandem quoties nominabitur Ieſus, & Ma-
ria, quia nomina ſunt omni reuerentia digna. Ad om-
nes lectiones, & Reſponſoria, exceptis quæ in No-
cturnis Beatę Mariæ leguntur, & in initio Euangelii,
quod ante lectiones homilię recitatur, ſedebunt. Dũ
pſalmi cantantur, & lectiones officii Regularis; &
etiam Defunctorum cum ſuis reſponſorijs leguntur
& dum Cantica ueteris Teſtamenti dicuntur, oper-

C to capite manebunt omnes in quocunque tempore anni:ſed illi,qui lectiones legunt,uel aliquid dicunt, nudum,uel ſaltem ſeminudum pro temporis qualitate caput habere debent. In oĩbus aliis, quæ ad Cultum diuinum pertinent,ſiue officiis, Miſſis, Benedictionibus,ſiue aliis Ceremoniis, & obſeruantiis tam in Choro,quàm extrà Chorum, & Eccleſiam ab Idibus Septembris uſque ad Paſcha dimidiũ capitis detegitur, & à Paſchate uſque ad Idus prędictas totum apertum tenetur. Excipitur inde, quod per totũ annum à principio officii quouſque pſalmi cantari incipiant,& cum Euangelium recitatur,& ad Eleuationẽ ſanctiſſimi ſacramenti, donec ſacerdos communicetur,& alii ſi adſunt,& quando Aue Maria pulſatur,& ad ſalue Regina,& ſimiles Antiphonas, ſemper detecto capite manendum eſt. Ad hanc autem obſeruantiam non adſtringuntur infirmi, niſi in quantùm ipſis uidebitur,uel placuerit, dummodo omnia faciant

D ſciente Prelato, & conſentiente. Poterit ſuperior, & poſt Paſcha, & ante Idus Septẽbris, ſi fortè nimiũ frigeſcat,diſpenſare,ut quiſque ſaltem dimidium caput operire ualeat,ſicut in hyeme. In cęremoniis cũ decore utendis multum iuuat una omnium conformitas, ut ſcilicet oẽs ſimul, & ſemel ęqualiter caput aperiant,& operiãt.Si item in erigendo ſe,& inclinãdo,incipiendo aliquid,ac finiendo,genuflectendo,& aſſurgendo,& tandem in omnibus,idem tempus,eũdem modum,formam denique,ac menſuram eandẽ obſeruent.Finito uerò officio,nemo exurgat,niſi ſuperior erectus incipiat abire,aut ſignũ,(more ſolito) dederit diſcedendi,ipſo in Choro remanẽte.Studeãt

inſuper

inſuper Eremitæ noſtri non ſolū in Cęremoniis cōn A formes per omnia eſſe,ſed etiam in Veſtitu, inceſſu, & cæteris omnibus.Intrent in Eccleſiam cum modeſtia,habitu compoſito,& ſolitis ueſtibus, & ſignãter cum pallio,ſine quo nullus (etiam ſi hoſpes fuerit) Chorum intrare præſumet. Adeò, ut ſi quis hoſpes ſecularis,uel Religioſus illuc ingreſſus fuerit, per ſacriſtam blandè prius admonitus ſit extrahendus, niſi à Priore,uel ex eius licentia intromiſſus fuerit. Inter omnes cęremonias præcipuæ uidētur proceſſiones, quæ licet apud nos in uſum non ſint, ſicut in Eccleſiis ſecularium,eò quod expreſsè prohibeantur,attamen fieri poterunt,quando præcipitur à ſummo Pōtifice in Indulgentiis accipiendis.Item Feria Quinta, & ſexta hebdomadæ ſanctæ,puta cum ad ſepulchrū portatur,& inde reportatur Sanctiſſimum Sacramē- B tum.Item quando aliquis Infirmus in ualetudinario communicandus eſt,uel oleo ſancto ungendus, atq; adeò ſepeliendus. In quibus omnibus ordo Miſſalis Romani ſeruandus eſt. Notum eſt autem in Proceſſionibus dictarum Feriarum quintæ,& ſextæ,ſingulos fratres ſingulas candelas unius unciæ pōderis deferre in manu ſolitos eſſe, quod ob honorē Sanctiſſimi Sacramenti inconcuſſe retinendum eſt. Eiuſdem ponderis erunt candelæ illæ,quæ in eiſdem diebus in triangulo tenebrarum (ut uocant) ad Matutinum accenduntur:ſed quæ ad Crucifixum adorandum tunc apponuntur,trium unciarum erunt,unius etiam unciæ debent eſſe illæ tres,quæ nouo igne primæ accenduntur,quæque cantando in Eccleſia proceſſionaliter portātur ante benedictionem cerei Paſchalis ſabbatho

C batho ſancto. Tales quoque erunt, quæ in die Purificationis Fratribus benedictæ dantur in priuatis Cellis conſeruandæ. Cæreus autem Paſchalis ſex plus minus librarum certè erit, qui in honorem tanti Feſti, & Euchariſtiæ ſacramenti ab ipſo die ſabbathi ſancti uſque ad diem Aſcenſionis Domini, dicto Euangelio Miſſæ illius diei, quotidie ardere debet in Miſſa Conuentuali, ueſperis, & laudibus. Debet attamen cera, quæ in noſtris Eccleſiis conſumitur, alba eſſe. Ad Crucem Feria Sexta in Paraſceue adorandam omnes ſecundum gradum ordinis ſui, unus poſt alterum, procedunt. Qui ordo etiam Feria Quinta præcedenti ad mandatum in lotione pedum ſeruabitur. Improperia autem, quæ in ipſa Feria Sexta ad adorationem ſanctæ Crucis cantātur, uiciſſim, ſeu alternatim per partes Chori cantātur. Item Prophetiæ ſabbathi ſancti, & vigiliæ Pentecoſtes dicendę, ſunt per Clericos, &
D ſacerdotes diuidendę, iuxta ordinem à ſuperiore dādum. A Iunioribus autem ſemper incipiendæ ſunt.

De Reuerentia orationis. Cap. XX.

SI cum hominibus potentibus uolumus aliqua ſuggerere, non præſumimus niſi cum humilitate, & reuerentia: quanto magis domino Deo uniuerſorum cū omni humilitate, & puritatis deuotione ſupplicandum eſt, & non in multiloquio, ſed in puritate cordis, & compunctione lachrymarum nos exaudiri ſciamus? & ideò breuis debet eſſe, & pura oratio, niſi fortè ex affectu inſpirationis diuinæ gratię protendatur.

datur. In Conuentu tamen omnino breuietur; & facto A
ſigno à Priore, omnes pariter ſurgant.

CONSTITVTIO.

BReui quidem ſermone pleniſſimè ſanctiſſimus Pater dicet, quæ ſint perfectę orationis partes, ac proprietates, nempè profunda humilitas, puritas cordis, deuotio feruens, & uera compunctio. purgata itaque vanis cogitationibus mente, & corde paſſionibus mundato, ac demùm piis aſpirationibus excitato animo cum feruore orationi ſe tradant Eremitæ noſtri. Quæ iuxtà Regulæ præceptum breuis erit, vnius ſcilicèt horæ ſpatij bipertiti; Cuius prima pars mane poſt Matutinũ, ſecũda verò veſpere poſt Completorium; Sed Matutina illa oratio æſtatis tépore, hoc eſt à Paſchate Reſurrectionis uſq; ad Feſtũ Exaltationis ſanctę Crucis, propter noctis breuitatẽ, B
poſt Nonã ſi non ieiunatur, ſi autem Ieiunij dies ſit, finita ſexta fiet. ſignum autem orationis, tàm primũ, quàm ſecundum, erit temporis vnius Auemariæ campanula agitata, & cum ictibus quinque in fine. Hoc tamen attento, quòd in hyeme primum, & in æſtate ſecundum erit ipſum ſignum ſalutationis Angelicæ. Tandem, quoniam orationi idcirco potiſſimum inſtamus, ut peccatorum noſtrorum ueniam cõſequamur. Ideò ſolliciti ſint Eremitæ noſtri Indulgẽtiam, quę (vulgo Exaudiat nuncupatur) noſtrę Congregationi ſpecialiter conceſſam, & ſi quę ſunt aliæ, diligẽter, ac deuotè percipere. Nam & ipſę gratiam, & de-

uotionem

uotionem cõferre ſolent. Meminerint etiam omnes prȩter hanc prȩſcriptam orandi Formam, perbreues aſpirationes ardenti deſiderio frequenter iaculatas orationi incumbere: ſic enim adimplebitur, quod ſcriptum eſt, oportet ſemper orare, & non deficere; Et illud, orate ſine intermiſſione. Hic ſiquidem eſt Eremiticȩ vitȩ finis.

De Decanis Monaſterij. Cap. XXI.

SI maior fuerit Congregatio, eligãtur de ipſis fratres boni teſtimonij, & ſanctȩ conuerſationis, & conſtituantur Decani, qui ſollicitudinem gerant ſuper Decanias ſuas in omnibus ſecundum mandata Dei, & præcepta Abbatis ſui. Qui Decani tales eligantur, in quibus ſecurus Abbas partiatur onera ſua; Et non eligantur per ordinem, ſed ſecundum vitȩ meritum, & ſapiẽtiæ doctrinam. Quod ſi quis ex eis aliqua fortè inflatus ſuperbiæ repertus fuerit reprehenſibilis, correctus ſemel, & iterum, & tertiò, ſi emendare noluerit, deijciatur, & alter in loco eius, qui dignus ſit ſubrogetur, & de Prȩpoſito eadem conſtituimus.

CONSTITVTIO.

COnſiderantes huius capitis inſtitutionẽ non minimam in ſe cõtinere vtilitatẽ, multumq; Iuuenes noſtros iuuare poſſe, exhortãtur Patres, vt ſuperiores omnes magnam adhibeant curam Iuuenũ nouiter profeſſorum

feſſorum, ne fortè libertatis occaſione, ſpiritus feruorem amittant, quem ſub Magiſtri diſciplina iam adepti ſunt. A

Quomodo dormiant Monachi. Cap. XXII.

Singuli per ſingulos lectos dormiant. lectiſternia pro modo cõuerſationis ſecundum diſpenſationem Abbatis ſui accipiant. ſi fieri poteſt, omnes in uno loco dormiant: ſi autem multitudo nõ ſinit, deni, aut uiceni cum ſenioribus ſuis, qui ſuper eos ſolliciti ſint, pauſent. Candela iugiter in eadem Cella ardeat vſque mane. Veſtiti dormiant, & cincti cingulis, aut funibus, & cultellos ad latus non habeant dum dormiunt; ne fortè per ſomnium vulnerentur dormiẽtes. Et parati ſint Monachi sẽper, vt facto ſigno abſq; mora ſurgentes feſtinent inuicem ſe preuenire ad opus dei, cum omni tamen grauitate, & modeſtia. Adoleſcentiores fratres iuxta ſe non habeant lectos; ſed permixti ſint cum ſenioribus: ſurgentes verò ad opus dei, inuicem ſe moderatè cohortentur propter ſomnolentorum excuſationes. B

CONSTITVTIO.

Quemadmodum Cenobitas, quorum Inſtitutio eſt ſocialem vitam per omnia ſeruare, in eodem Clauſtro manere, inque eodem loco (quod cõmune Dormitorium eſt) omnes Regula iubente, dormire decet. Ita viceuerſa Eremitas, qui ſolitu-

dinem

C dinem vbiq; affectant, omnes ſub eodem tecto coha bitare, uel ſimul omnes in eadem domo dormire mi nimè fas eſt. Quamobrē iam olim à Beato Romualdo Patre noſtro inſtitutum, & per Maiores noſtros vſque in hanc diem iugiter obſeruatum extat, Eremitas non omnes ſimul commanere, ſed ſingulos ſingulas inter ſe iuſto ſpatio diſtāſtes Cellas incolere, nec aliquando binos, aut plures in eodem habitaculo con uiuere, multoq; minus in eodē lecto dormire. Vnus quiſq; igitur in ſua domuncula ſolus maneat, ſoluſq; quieſcat, niſi extra Eremum, vel in itinere cum ſocio dormire neceſſitas cogat. Dormiant ergo induti Eremitę, atque prępcincti iiſdem veſtibus (pallio, & pedū calciamentis exceptis) quibus per diem amicti incedunt. Quas neque itineris, neque ęſtus cauſa exuere

D licet; Si verò aliquis ſecus fecerit, ter in pane, & aqua ieiunet, & caueant ne unquam ſupini ſtertant. Sint autem ſolliciti ante primam noctis horam cubitū ire, ultra quam immorari abſq; licentia ſuperioris, non licet, ideò tranſgreſſor corripiatur, & puniatur ſuperioris arbitrio. Prętereа ſint lectuli ex ligneis tabulis ſimplici ſchemate compoſiti, ſint & uniformes; quibus pro culcitra ſtramenta palearum apponātur. At ſi alicui ſcirpea matta, ſtoreavè magis placuerit, ſtramenti loco concedetur. Plumea verò culcitra, vel laneo ananclіterio, ac linteaminibus penitus, & in perpetuum denegatis; opertoria autem omnibus uniformia dentur, nempè ſtragula Dalmatina, vulgo ſclauinę, villoſa, & aſpera, nunquam aūt molliora, laneavè permittantur. Attamen cui vnicum opertorium non ſufficiat, addatur ſecundum. Pro ceruicali tandē ſacculus

culus paleis ſimiliter plenus ſingulis lectis adaptetur, A plumeum namq; Eremitam habere ſtrictè prohibetur. Verùm tamen hęc, quę de auſteritate lectiſternii dicta ſunt, ad Infirmos, & debiles, ſenioq; confectos non extenduntur, cum quibus ſuperior arbitrio ſuo, (iuxta eorum neceſſitatem) charitatiuè diſpẽſare poterit. Iam in hoſpitio Peregrinorum eiuſdem formę, & ornatus lectuli parentur. Quando, & quantum in meridie dormire ſecundum temporum differentiam liceat, infra capite quadrageſimo octauo explicabitur.

De Excommunicatione Culparum. Cap. XXIII.

SI quis Frater contumax, aut inobediens, aut ſuperbus, aut murmurans, vel in aliquo contrarius exiſtens ſanctę regulę, & præceptis ſeniorum ſuorum contemptor repertus fuerit. Hic ſecundum Domini noſtri pręceptum admoneatur ſemel, & ſecundo à ſenioribus ſuis; ſi non emendauerit, obiurgetur publicè coram omnibus, ſi uerò neq; ſic correxerit, ſi intelligit qualis pęna ſit, excomunicationi ſubiaceat: ſi autẽ improbus eſt, vindictæ corporali ſubdatur. B

CONSTITVTIO.

TRactaturus Beatus Pater Benedictus de culpis, & pęnis eis debitis, inter quas cum excommunicatio ſit potiſſima, quę à ſolis Eccleſiaſticis Prelatis

inſligi

C inſigi poteſt, de ea in hoc capite, & ſequentibus pertractat. Et ne Prelati tam horrendę Cenſurę vinculo paſſim, & pro quaecunque culpa vterentur, ponit hic formam in ea ſeruādi ex ſacro Euangelio deſumptā, quam in grauioribus delictis corripiendis tenendam eſſe, ſanxerunt Patres, vt xxv. cap. dicetur. Conſiderā dum inſuper, quòd ſanctus Pater in Regula ſępè pęnitentias ad iudicium, & diſcretionem Pręlati remittit, intelligens impoſſibile eſſe omnibus caſibus, qui accidere poſsūt, breui ſermone prouidere, pręſertim cum in vno quoque gradu culpę (ut infra patebit) ſit latitudo quędam; oportet enim Pręlatum iudicare non ſolum ſi culpa ſit leuis, vel grauis, ſed etiam quā tum grauis. Quare ſolliciti eſſe debent ſuperiores, ac multa prudentia attendere, nō ſolum culparum qualitates, & earum circunſtantias, verū etiam conditiones, ingenia, & mores, atq; naturas eorū, qui errant, D vt ſciant quibuſq; vitijs, ac infirmitatibus conuenientia medicamenta applicare. Nam multoties remediū, ꝙ vni iuuat, alteri nocere ſolet, Etenim aliter Iuuenem, aliter ſemem corrigere oportet; alio modo, qui malitia peccat, alio, qui ſimplicitate, ſeu infirmitate labitur, caſtigandus eſt. His ergo, & alijs cōſiderationibus premiſſis, procedat Prelatus ad culparū correctionē, & ſciat parcere ſubiectis, & humiliare ſuperbos.

Qualis debeat eſſe modus Excommunicationis. Cap. XXIIII.

SEcundum modum culpę excomunicationis, vel diſciplinæ debet extendi menſura. Qui culparum modus

dus in Abbatis pendeat iudicio. Si quis tamen frater A *in leuioribus culpis inuenitur, tantùm à Menſę participatione priuetur. Priuatus autem à menſę conſortio, iſta erit ratio, ut in oratorio pſalmum aut antiphonam non imponat, neque lectionem recitet uſque ad ſatisfa ctionem. Refectionem autē cibi poſt fratrum refectionem ſolus accipiat mēſura, uel hora qua prǫuiderit Abbas ei competere, ut ſi uerbi gratia fratres reficiant ſexta hora, ille frater Nona, ſi fratres Nona, ille veſpertina, uſque dum ſatisfactione congrua ueniam conſequatur.*

CONSTITVTIO.

SCiebat vtiq; ſtudioſus Magiſter in Deuteronomio ſcriptum eſſe, pro menſura B peccati erit & plagarum modus. Sic & nos, quo rectum Iuſtitiæ tramitem ſeruare valeamus, culparum qualitates nouiſſe oportet. Quædam enim leues ſunt, quædā graues, aliæ verò grauiores, & aliæ grauiſſimæ, quæ omnes accuratè examinandæ ſunt, antequam quis de ipſis iudicare poſſit, aut debeat, Et prius de leuibus dicemus, de quibus cum in multis Regulæ locis, præcipuè tamē xxxxv. & 46. capitibus tractat Beatus Benedictus. Declarauerunt itaq; Patres, leues culpas eſſe intelligendas errores, ſeu tranſgreſſiunculas illas Regulæ, & Conſtitutionum, quę parui momenti eſſe noſcuntur, veluti ſunt defectus, qui circa cęremonias admittuntur, puta non genuflectere, non operire, vel aperire caput debito tempore, vel hora: tardè

C ad Chorum, ſeu Eccleſiã venire, ſilentiũ paucis verbis frangere impertinenter loqui, immodicè ridere, aliquod uas, vel aliud incautè frangere, & huiuſmodi innumera, quæ ignoranter lápſu linguæ, ſeu defectu iudicij, ineptitudiniſvè cauſa committuntur. Animaduertendum tamen eſt, has culpas de ſui natura leues, malitia, ſeu deprauata intentione, & ex conſuetudine graues fieri poſſe: & ſi cum contemptu fiant, in mortale peccatum conuerti. Aequum igitur erit leuiores culpas mitioribus pęnis deleri, q̃ licèt arbitrariæ ſint, poterit tamẽ delinquens, verborum ſecreta admonitione primò, deinde ſi opus eſt publica repræhenſione corripi; mox aliqua leui pęnitentia, puta pſalmum dicere quinquageſimum, relinquere
D fructus, vel pitantiam, ſeu vinum, & proſtrationem coram omnibus faciat, & ſi adhuc non corrigatur, pedum omnium fratrum deoſculatione, aut ſimilibus pęnitentijs puniet. Quòd ſi his correctionibus non emendetur grauis culpa reputetur, & pro menſura delicti punietur, & de quibus in hoc cap. loquit̃ Beatus Benedictus non enim fas eſt eum intelligere, ut pro leui culpa voluerit pęnam excommunicationis, (licet non Eccleſiaſticæ, ſed Regularis) infligere, cũ cõtrarium determinet infra cap. 45. & 46. Sed intelligit de illis culpis, quæ licet de ſui natura leues ſint, tamen, vt ſupradiximus, cum ſępius correptæ fuerint nulla fuerit ſubſequuta emẽdatio, tunc ut graues puniri debeant. Vel certè leuiorem culpam dixit ad differentiam grauioris, de qua in ſequẽti cap. & grauiſſimæ, de qua in cap. 28. loquitur. Sunt autem graues culpæ, ſi frater cum fratre intus, vel extrà Eremum li-

tes habuerit, Si quis alicui fratri opprobrium dixerit, A ſi quis mendacium de induſtria dixiſſe deprehenſus fuerit, ſi quis ſilentium non tenere in cõſuetudinem duxerit. Si quis ſilentium in Eccleſia, in ſacrario, ac capitulo ſine neceſſitate procaciter fregerit. Si quis ieiunia Regularia ſine cauſa, & licentia nõ ſeruauerit, & ſimilibus. Pęna autem graui culpę debita erit, vt delinquens culpam ſuam dicat in Capitulo, & ieiunet in pane, & aqua ſemel, vel pluries, deoſculet pedes fratrum, dicat ſemel, vel pluries ſeptem pſalmos pęnitẽtiales. Corona Domini, & Beatę Virginis, & aliis ſimilibus pęnis ad arbitrium Prælati.

De Grauioribus Culpis. Cap. XXV.

SI autem frater, qui grauioris culpę noxa tenetur ſuſpendatur à Menſa ſimul, & ab oratorio; nullus ei fratrũ in vllo iungatur conſortio, neq; in colloquio; ſolus ſit ad opus ſibi iunctum, perſiſtens in pęnitentię luctu, ſciens illam terribilem Apoſtoli ſententiam dicentis, Traditum huiuſmodi hominem ſathanę in interitum carnis; vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini. Cibi autem refectionẽ ſolus percipiat, menſura, vel hora, quę pręuiderit ei Abbas cõpetere, nec à quoquã benedicatur tranſeunte, nec cibus, qui ei datur. B

CONSTITVTIO.

COnſequenter hic Pater ſanctus poſt grauiores culpas, de grauioribus, deq; earũ pęna agit, quę

C excommunicatio ab ipſa communi Menſa, & oratorio eſt cum prohibitione mutuę loquelæ. Grauiores igitur culpæ ſunt, quando Eremita deliberato animo id agere non dubitat, quod à Priore uel publicè, vel ſibi priuatim vetitum eſt. Item cenſetur grauiori culpa peccare, qui vocatus à Patre Maiore, & viſitatoribus, ſeu à Capitulo Generali intra præfixum tempus (ceſſante legitimo impedimento) non comparuerit, & ideò ad arbitrium ſuperiorum puniantur delinquentes. Grauiores etiam culpæ ſunt, quæ ſupra 23. cap. deſcribuntur, contumacia videlicèt, rebellio, iniurię illatio, percuſſio, blaſphemia in Deum, & Beatiſsimam virginem, & alios ſanctos Dei; Cõtemptio Regulę, & Conſtitutionum, ſed multo magis mandatorum Dei, & Eccleſię ſanctæ: quę quidem abſq; peccato mortali operari nõ poſſunt. & hęc pauca pro exemplo poſita ſufficiant, Non enim omnia hic de-

D duci queunt. Hęc autẽ in Religioſo viro abhominanda flagitia rigidius ſunt caſtigãda, ne omninò regnet in Religione peccatum. Attamen ne hic ſuperiores temerè nimis cito murmuratoribus credentes, extra ordinem aliquandò procedant, decreuerunt Patres, ut quoties iſta corrigenda occurrunt, Prelati, ad quos pertinet, pręmiſſa diligenti inquiſitione, niſi reus crimen confiteatur, & duorum ſaltem teſtium aſſertione, ad caſtigitionem, iuſtis conſiderationibus perſonæ, & delicti adhibitis, cum timore, & charitate procedant. Quæ quidẽ in ſcriptis redigenda ſunt, ut Capituli Generalis Diffinitoribus conſtet Prælatos contra delinquentes iuridicè proceſsiſſe; Penę quidem pro his grauioribus delictis infligendæ, & ſi ad arbitrium

trium Prælatorum conſideratis conſiderandis reſeruẽtur; aliquæ tamen hic apponentur iuxtà ea, quæ aliàs in Conſtitutionibus aſsignãtur, videlicet cũ in cõmuni reficitur, in terra mãducare in pane, & àqua toties quoties Prælato uiſum fuerit; diſciplinam circularem, vt moris eſt, publicè in Capitulo culparum ſuſcipere uel ex ſeipſo ſemel, uel pluries facere; aut ante oſtiũ Eccleſiæ, ſeu Chori iacere, ſuper quem omnes tranſire, ac etiam diſcretè calcare debeant, conſortio fratrũ eum penitus priuare, in propria Cella eũ ſequeſtrare, delinquentem degradare, ideſt infra omnes ſui ordinis ſtare, eum uoce actiua, & paſsiua priuare, & ſi fuerit Prælatus, eum deponere, Eccleſiaſtica excommunicatione eum ferire, & tãdem, ſi grauitas facti requirat, in carcerem recludere, ibiq; ieiunijs, abſtinentijs, flagris, & ſimilibus affligere, compedibus ferreis, aut alijs oneribus grauare tandiu, & quouſq; ſatisfaciat, & reſipiſcat. Nouisſimè hoc à Patribus, ne ſub prætextu Iuſtitiæ ſcandala generentur, ſapienter cautum eſt, ut ſemper ſecreta peccata ſecreta pænitentia corrigantur.

De his, qui ſine iusſione Abbatis iunguntur Excommunicatis. Cap. XXVI.

SI quis præſumpſerit ſine iuſſione Abbatis fratri excõmunicato quolibet modo ſe iungere, aut loqui cum eo, uel mandatum ei dirigere, ſimile ſortiatur excommunicationis uindictam.

C

CONSTITVTIO.

CVm Incarcerati, ſequeſtrati, & ij, quibus pro pęna ſilentium indictum eſt, meritò excommunicatis æquiparentur, nec aliquod ſolatium ab his, qui foris ſunt habere mereantur, tanquam exules effecti. Ideò ſtrictè iubent Patres, ne quis cum eis loquatur, neue eis auxilium, fauorem, aut aliquod adiutorium prębeat. Declarantes pręcipuè, quòd incarceratos omnes qui tales captos ad fugã hortati fuerint, uel conſilium, ſiue auxilium, quocunq; modo, dederint, quin etiam ſi eos fugere uelle ſciuerint, & non ſubito ſuperioribus manifeſtauerint, ſeu reuelauerint, eadem carceris pęna eſſe plectendos. Reliquos
D uerò, qui eis tantummodò, & ſine malitia locuti fuerint (pręter carceris Miniſtrũ) diſciplina circulari puniri debere. Quod, & de ſequeſtratis in Cella, & ſilẽtio cõſtrictis ſtatutum intelligatur, niſi ſpecialiter circa iſta à Prælato aliud quid iniunctum, ſeu aliter prouiſum conſtet.

Qualiter debeat eſſe Abbas ſollicitus circa excommunicatos. Cap. XXVII.

OMni ſollicitudine curam gerat Abbas circa delinquentes fratres, quia nõ eſt opus ſanis Medicos, ſed male habentibus, & ideò vti debet omni modo, vt ſapiẽs Medicus, immittere, quaſi occultos conſolatores ſenipetas, ideſt Seniores ſapientes fratres, qui

quaſi

quaſi ſecretè conſolentur fratrem fluctuantem; & pro- A
uocent eum ad humilitatis ſatisfactionem, & conſolentur eum, ne abundãtiori triſtitia abſorbeatur, ſed (ſicut ait Apoſtolus) cõfirmetur in eo Charitas; & oretur pro eo ab omnibus. Magnopere enim debet ſollicitudinem gerere Abbas, & omni ſagacitate, & induſtria curare, ne aliquam de ouibus ſibi creditis perdat. Nouerit ſe infirmarum curã animarum, non ſuper ſanas tyrãnidẽ exercere; & metuat Prophetę cõminationẽ per quẽ dicit Deus. Quod craſſũ videbatis aſſumebatis, et quod debile erat proijciebatis, & Paſtoris boni pium imitetur exemplum, qui relictis nonaginta nouem ouibus in Montibus, abijt unam ouem, quæ perierat quærere. Cuius infirmitati in tantùm compaſſus eſt, ut eam in ſacris humeris ſuis dignaretur imponere, & ſic reportare ad gregem.

CONSTITVTIO.

O Admirabile, & tanto Doctore, dignum documentum, quod omnes Prælatos memoriter ſemper tenere oportet. Arguit ſanctiſſimus Pater, increpat, caſtigat, & flagellat, excommunicat, & tradit Sathanæ, & inter hęc charitatis memor, ac ſanctæ pietatis perpetuus operator permanet. Omni ſollicitudine (inquit) curam gerat Abbas circa delinquẽtes fratres. Hęc diſcant, hanc doctrinã ſequantur omnes, qui alijs præſunt. Diſcant inquam errantem ouẽ quærere, inuentam humeris ſuis imponere, & tandẽ ad Gregem reducere. O quàm peruerſe agunt Paſto- B

C res multi, qui etiam contagioſos hircos blanditijs demulcent, manſuetas autem oues, atque fetoſas vbiq; percutiunt, & irritãt. Væ autem illis, & væ animabus eorum. Quibus de cauſis ſtrictè iubent Patres Prælatis omnibus, quatenus hanc Santiſſimi Patris doctrinam ad unguem obſeruare totis viribus nitantur; ne infirmorum animæ in afflictione (& ſi iuſta) defectu medicinæ ſpiritualis malè pereant. Meminerint deinde Paſtores infirmos eſſe portandos, nã ſani portari non indigent; neq; obliuiſci debent, ſe ſtrictã rationem eſſe reddituros de animabus eorum, qui culpa, & negligentia ſua pereunt.

De his, qui ſæpiùs correcti non emendauerint. Cap. XXVIII.

D *SI quis frater frequenter correptus pro qualibet culpa, ſi etiam excommunicatus non emendauerit, acrior ei accedat correptio, ideſt verberum uindicta in eũ procedat: quod ſi nec ita correxerit, aut fortè (quòd abſit) in ſuperbiam elatus etiam defendere voluerit opera ſua, tunc Abbas faciat, quod ſapiens Medicus, ſi exhibuit fomenta, ſi unguenta adhortationum, ſi medicamina ſcripturarum Diuinarum, Si ad vltimùm vſtionem excõmunicationis, vel plagas virgarum, & ſi viderit nihil ſuam præualere induſtriam, adhibeat etiam (quod maius eſt) ſuam, & omniũ fratrum pro eo orationem, vt Dominus, qui omnia poteſt operetur ſalutem circa infirmum fratrem. Quòd ſi nec illo modo ſanatus fuerit, tunc iam vtatur Abbas fer-*

ro abſciſſionis (vt ait Apoſtolus) Auferte malum ex vobis, & Iterum Infidelis ſi diſcedit, diſcedat, ne vna ouis morbida totum gregem contaminet. A

CONSTITVTIO.

VArijs delictorum infirmitatibus varia appoſuit peritiſſimus Medicus hactenus medicamenta, Nunc autem ad inſanabiles ſe conuertens lachrymabilem profert ſententiã, ac ferro putridum membrum abſcindi iubet. Hic iam non de leuibus culpis, neq; de grauioribus, ſed de atrociſſimis criminibus agitur, quæ ſuprà grauiſſimas culpas nominauimus. Inter quas culpas prima eſt Incorrigilitas, quæ profecto leues graues facit, & graues reddit grauiſſimas, vnde merito grauiter puniendа venit. Sunt & alia noxia ex ſui natura impijſſima, aduſtione, abſciſſioneq; digniſſima (quod Deus auertat) Huiuſmodi ſunt, veluti cum quis aliqua ſit hęreſi infectus, cum voluntarium homicidium perpetrauerit, ſi quis Prælatum aliquem quoquomodo percutere auſus fuerit, ſi quis armis quempiam lętaliter vulnerauerit, vel alio quouis modo necauerit, & alia infinita, quæ Superioribus grauitate adęquantur. Poſtremo pluſquàm grauiter peccaſſe ille dicitur, qui ſæpè à Religione proprio vitio deſceſſit, & maximè, ſi cum ſcandalo hoc ipſum egit, ſi aliquid furto abſtulit, aut Religioni infamiam verbis, vel factis intulit, nec ſignum emendationis in ſe oſtendit. Ex quibus ſanè criminibus alia quæ accidere ſolent, facilè quiſq; B

cuius

C cuius qualitatis exiſtant, colligere, vel cognoſcere po teſt; neq; hic cuncta deſcribere licet. Ad hæc peſſima nec in Religione nominanda crimina corrigenda, Regulæ ſanctę Normam, ordinemq; per omnia ſeruari, a Patribus ſancitum eſt, vt ſi quis frater de ſupra dictis, vel ſimilibus culpis, vel aliqua earum conuictus fuerit pęnis, & afflictionibus carcerum, flagorũ, ſeu triremium alijs quibuſuis purgatus ſanetur, aut ſi incorrigibilis, habito maturo conſilio, a Capitulo Generali iudicabitur omnibus geſtis in ſcripto redactis, (vt alibi plenè declaratur) poterit ab ipſo Capitulo Generali penitus à Congregatione Eremitico habitu exutus expelli: ad quod omnes Eremitę vocati, ſeu requiſiti, omne opportunũ, ac neceſſarium auxilium pręſtare teneantur. Atq; ad id (ſi opus fuerit) vo-

D lunt, vt bracchium ſeculare inuocari poſſit, ac ſi magnitudo criminis (quod Deus auertat) ſic exigere videatur, reus ſeculari Iudici dſcretè, & ſine ſcandalo, cauteq; tradatur. Qui ſi aliqua de cauſa tradendus non ſit, poterit perpetuo carceri mancipari: Veruntamen hęc vltima Iudicia ſpoliandi, eijciendi Iudici tradendi, pœna triremium plectendi, ac mancipandi perpetuo carceri criminoſum Eremitam, ſolis diffinitoribus in Generali Capitulo, & intra annum P. Maiori cum Viſitatoribus ſimul, & in vnum congregatis, reſeruantur. Hoc addito, quod in his, ſimilibuſq; caſibus prædicti Maior, & Viſitatores ad ſententiam proferendam tres alios Prælatos, &, ſi nõ adſint, tres ex ſenioribus ſibi adiungere debent. Priores autem locorum, ſeu alij Priuati Superiores poſſunt, quidem immo debent aduerſus tales delinquentes inquire-

re,

re, & culpabiles repertos, captos carcerare, ſed A eorum cauſam iudicare nullatenus illis licebit. Ipſis attamen cura incumbit, cauſam, quamprimum potuerint, ad Præfatos ſupremos Superiores deferre, ac notificare. Volunt Præterea Patres, in huiuſmodi grauiſſimorum delictorum cauſis, legitimè ſeruato, inquantum fieri poſsit, iuris ordine, eſſe procedendum, hoc eſt, vt accuſatio, ſeu delatio criminis, depoſitionesq; teſtium in ſcriptis redigantur. Interrogetur Reus, & eius excuſatio, ſi quam habet, admittatur, & iuſta defenſio ei non negetur, & cum Prælatus fuerit in cauſa, non ad ipſum pertinebit inquiſitio, ſed ad duos Patres primos ex ſenioribus ex commiſsione ipſius Superioris, id tamē intelligitur de his grauioribus exceſsibus. Quorum omniū inquiſitio, ac Iudicialis tractatus fideliter deſcripta ad B competentes Iudices Capitulum generale, ſeu inter annū Maiore, ac viſitatoribus clauſa, & ſigillata mittenda ſunt. Quem ordinem ſi quis Prælatus obſeruare contempſerit, à Capitulo Generali, ſeu à Viſitatoribus in viſita grauiter puniatur. Ac ne ſub prætextu Iuſtitiæ Diabolo anſa malignandi præbeatur, & frater fratri ſuo in detrimentum propriæ animæ calumniam inferre præſumat, prouidè cautum eſt, vt ſi accuſator ille fratris ſui delatum crimen non probauerit, aut certè de calumnia malitioſè iniecta conuictus fuerit, talionis pœnę ſubiaceat, & quæ ſupplicia falſo accuſatus conuictus pati debuit, ipſo abſoluto eadem in ſe experiatur delator.

Si

Si debeant recipi fratres egreſſi de Monaſterio.
Cap. XXIX.

C *FRater, qui proprio vitio egreditur, aut proijcitur de Monaſterio, ſi reuerti noluerit, ſpondeat prius omnem emendationem vitij, pro quo egreſſus eſt, & ſic in vltimo gradu recipiatur, ut ex hoc eius humilitas comprobetur: Quòd ſi denuò exierit, vſq; tertio ita recipiatur. Iam vero poſtea ſciat omnem ſibi reuerſionis aditum denegari.*

CONSTITVTIO.

D SI aliquis a noſtra Congregatione apoſtatauerit, non teneantur Patres requirere illum: ſi autem reuerſus fuerit, & eius emendationis ſpes habeatur, a Capitulo Generali recipiatur, vel intra annum à Maiore, & Viſitatoribus, & dies in ſolito libro adnotetur, & in primis de ſuo receſſu corá omnibus culpam ſuam dicat, ac diſciplina circulari plectatur, exutoq; Scapulario longo, alio mutilato, & vſq; ad cingulum curto induatur, quod diſcinctum portabit, & in hac pænitentia erit nouitius ſub omnibus alijs vno anno, ſi ſemel aufugerit, ſi autem bis biennio, ſi ter triennio, ſed non vltra recipi poterit. Tempore Nouitiatus finito, à Capitulo Generali vel intra annum à Maiore, & Viſitatoribus recipiatur, & longo Scapulario induatur, cingaturq; ſicut prius.

prius,& ab illo die tempus ſuæ profeſſionis incipiat A abſq; vlla ſpe aſcendendi amplius ad gradum priſtinum;& ſi antequam recederet, aliquod patrauit flagitium,vel poſtquam receſſit, habitum Eremiticum depoſuerit, aut irreligiosè, vixerit vltra ſupradicta ſupplicia conijciatur etiam in carcerem, & pane, & aqua, ac diſciplinis ad arbitrium ſuperiorum plectatur. Si vero de eius emendatione ſpes non fuerit nullo modo recipiatur. Licentiam vero ad aliam Religionem tranſeundi nullus penitus dare poteſt niſi Capitulum Generale pro aliqua vrgenti cauſa, vel infirmitate graui. Qui autem abſq; ſupradicta licentia auſus fuerit a noſtra Congregatione exire: excommunicationem latæ ſententiæ ipſo facto incurrit..

De Pueris minori ætate qualiter corripiantur. Cap. XXX.

OMnis ætas, vel intellectus proprias debet habere menſuras. Ideoq; quo B *ties Pueri, vel adoleſcentiores ætate, aut qui minus intelligere poſſunt quanta pęna ſit excomunicationis. Hi tales cum delinquunt aut, Ieiunijs nimis affligantur, aut acribus verberibus coarceantur, vt ſanentur.*

CONSTITVTIO.

CVm in noſtra Congregatione adulta Nouitij recipiantur ętate, nihil de Pueris, aut Iunioribus

C bus,de quibus in hoc capite fit mentio, ad nos pertinebit. Non enim illis robur naturæ ineſt ad Eremi labores perferendos, neq; mentis diſcretio ad tentationum fluctus ſuperandos. Nullo ergo modo illos recipiendos fore ſanctiſſimè decreuerunt Patres.

Qualis debeat eſſe Cellerarius Monaſterijs. Cap. XXXI.

CEllerarius Monaſterij eligatur de Congregatione ſapiens, maturus moribus, ſobrius, non multum edax, non elatus, non turbulentus, non iniurioſus, non tardus, non prodigus, ſed timẽs Deum.

D *Qui omni Congregationi ſit ſicut Pater. Curam gerat de omnibus, ſine iuſſione Abbatis nihil faciat, quę iubentur cuſtodiat, fratrem non contriſtet. ſi quis autem frater ab eo aliqua fortè irrationabiliter poſtulat, non ſpernendo eum contriſtet, ſed rationabiliter cum humilitate male petenti deneget. Animam ſuam cuſtodiat memor ſemper illius Apoſtolici præcepti. Quia qui bene miniſtrauerit, gradũ bonum ſibi acquirit. Infirmorum, Infantiũ, hoſpitum, pauperumq; cum omni ſollicitudine curam gerat, ſciens ſine dubio quia pro his omnibus in die Iudicij rationem redditurus eſt. Omnia vaſa Monaſterij, cunctáq; ſubſtantiam, ac ſi Altaris vaſa ſacrata conſpiciat, nihil ducat negligendũ, neque auaritię ſtudeat, neq; prodigus ſit, aut extirpator ſubſtantię Monaſterij, ſed omnia menſuratè faciat, & ſecundùm iuſſionem Abbatis ſui. Humilitatẽ ante omnia*

nia habeat, & cui ſubſtantia non eſt, quę tribuatur, ſermo reſponſionis porrigatur bonus, quia ſcriptum eſt, ſermo bonus ſuper datum optimum. Omnia, quę ei iniunxerit Abbas, ipſe habeat ſub cura ſua, à quibus cum prohibuerit, non pręſumat. Fratribus conſtitutam annonam ſine aliquo typo, uel mora offerat, ut non ſcandalizentur, memor diuini Eloquij, quid mereatur, qui ſcandalizauerit vnum de puſillis. Si Cōgregatio maior fuerit, ſolatia ei dentur, à quibus adiutus, & ipſe ęquo animo impleat officium ſibi commiſſum. Horis competentibus dentur, quę danda ſunt, & petantur, quę petenda ſunt, vt nemo perturbetur, neque contriſtetur in Domo Dei. A

CONSTITVTIO.

QValitates, & onera Cellerarij tàm graphicè dipinxit Sanctiſſimus Archimādrita, vt in primis ſtrictè Cellerarijs omnibus locorum noſtrorum præcipiant Patres, quatenùs hoc Regulæ caput frequenter cum omni attentione non ſolùm legant, ſed etiam ſtrenuè adimplere omnia in eo contenta nitantur. Eligatur itaq; Cellerarius ab ipſo Capitulo Conuentuali: qui, ſi non omnes, ſaltem præcipuas condiiones in Regula requiſitas habeat. Et quemadmodum illi omnium rerum (cum ſuperioris tamen auctoritate) cura, & adminiſtratio committitur: Eodem modo ipſe codicem rationum conficere teneatur, in quo data, & accepta ab eo fideliter notata diſtinctè appareāt. Cui, & paruulum libellum diurnum B

C num appellatum, adiungat, vbi breuiter cuiuſq; diei expenſę ſpecificè deſcribantur. Ad eius ergo curam pertinebunt bona omnia Eremi, mobilia, & immobilia, redditus, & prouentus, ſiue in pecunijs, ſiue in fructibus conſiſtant. Eius item erit neceſſaria emere, ſuperflua, quæ ſuperabundant domi, vendere; credita exigere, ac debita creditoribus iuſto tẽpore ſine mora perſoluere. Annonam inſuper, & quæcunq; ad victum Eremitarum pertinent, diligenter colligere, & prouidere, & in locis aptis collocata ſapienter conſeruare. Ea verò, quæ ad fratrum indigentias ſpectant, ſiue veſtimentorum, ſiue ſuppellectilis Cellarum, ſiuè etiam alimoniæ ſint, cum diligentia parare debet, non ſingulatim, minutimvè ea in dies emẽdo, ſed in notabili ſumma, vel quantitate ſemel, vel bis in anno temporibus, ac locis opportunis. Curet autem, vt vaſa omnia, tam quæ menſæ deſeruiunt, quàm, quæ in
D Cella, communia, vel priuata, ad quocunque opus dicata, & pręcipuè Scyphi, ſeu crateres quibus bibimus, omnia inquã lutea ſint, vel fictilia, aut certè lignea, nec aliquando vitrea, vel alterius cuiuſcunque rei vain vſum deduci queant. Idque præcipuè in hoſpitijs hoſpitum cauendum eſt. Sicut prouidus Paterfamilias ea curet comparare, ne propter rerum inopiam iuſta petentibus negare cogatur. Super omnia Sataget Cellerarius, debito tempore, luna creſcente, ligna incidere, & intra menſem Septembris vnicuique iuſtam quantitatem tribuere. Animaduertat tamen, ne in cedendis lignis Syluæ extirpentur, ſed potius conſeruentur. E conuerſo uideant Eræmitæ, ne huiuſmodi lignorum abundantia malè, uel incautè abutãtur,

ne

ne & ipſi propter hoc purgatorij ignē diutiùs experiantur. Et tandem ſicut Cellerarius omnia cum conſenſu Prioris facere conſtringitur, ita & ſingulis Mēſibus eidem, aut cui ipſe voluerit, rationem de adminiſtrationi ſua, necnō confecti computi, reddere debet. At ſi ſolus rei domeſticæ adminiſtrandæ pondus portare nequiuerit, tunc ſocius ei adiungatur: Diſpēſator videlicet, qui & ipſe idoneus ſit ad huiuſmodi munus exercendum. Iam Diſpēſator, cui omnia, quæ ad vſum domus, & Eremitarum, tam in victu, quam in veſtitu, inueniuntur, commiſſa ſunt, magnam diligentiam adhibere debet, vt cuncta munda, beneque diſpoſita in ſuis ſingula locis collocentur, & cautè cuſtodiantur, cautiuſq; diſtribuantur. Deinceps Conſtituatur Cellę uinariæ Cuſtos, qui eam benè cuſtodiat, uinum per ſingulas Cellas opportuno tempore deferat, poma item, & acrumina diſtribuat iuxtà Cellerarij diſpoſitionē, curans ne cōmunis eorū aceruus marceſcat. Hæc, & ſimilia officia præſtabit, quæ circa fratrum alimenta iuſſerit Cellerarius; niſi ille Diſpēſatorem habeat. Nec certè mercede ſua fraudabūtur huiuſmodi Miniſtri, ſi benè adminiſtrauerint. audiēt nimirum à Domino: Euge ſerue bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, Intra in gaudium Domini tui. A B

De Ferramentarijs Monaſterij. Cap. XXXII.

SVbſtantię Monaſterij in Ferramētis, vel ueſtibus, ſeu quibuſlibet rebus prouideat Abbas fratres, de

C *quorum vita, vel moribus ſecurus ſit, & eis ſingula (ut vtile iudicauerit) conſignet cuſtodienda, atque recolligenda, Ex quibus Abbas breuem teneat, vt, cum ſibi in ipſa aſſignata fratres viciſſim ſuccedunt, ſciat, quid dat, aut quid recipit. Si quis autem ſordidè, aut neglig͠eter res Monaſterij tractauerit, corripiatur; ſi non emendauerit, diſciplinę ſubiaceat.*

CONSTITVTIO.

SVb nomine ſubſtantiæ hoc loco Pater ſanctus ferè omnia mobilia cuiuſcũq; ſpeciei exiſtant planè compræhendere uidetur. Qua propter non ab uno, ſed à pluribus Miniſtris, cuſtodienda ſunt. Qui omnes quotannis à Conuentuali Capitu-
D lo in ſingulis locis ſtatim poſt ingreſſum noui Prioris elig͠edi ſunt. Quorum primus (quaſi dignior) erit ſacriſta, cui uaſa ſacra, ueſtes, & omnia ornam͠eta Altaris, & ſacrarij cuſtodienda, tractanda, atq; diſp͠eſanda committuntur. Ideòq; cum Inuentarii confectione eadem recipere, & anni tempore finito omnium rationem reddere tenetur. Quod ſi non fecerit, à ſuperiore corripiatur. Huius muneris erit horologium temperare, ſingulasque horas canonicas tàm diurni, quàm nocturni officii (ut ſupra expreſſum eſt) pulſu campanæ congruis temporibus, & debitis ſpatiis interpoſitis, & alia quæcunque ſimili egent ſono, ſignificare. Qua in re quoties horam pulſandi præterire, ſeu preuenire contigerit, ad arbitrium Prioris puniendus eſt. Item Eccleſiam, ſacrarium, atq; Capitu-

lum,

lum,uaſa ſacra,ſacraſq; ueſtes,& Altarium ornamenta;vniuerſalē deniq; Eccleſiæ, ac ſacrarij ſuppellectilem;munda,beneq; compoſita,& ſuis in locis conſtituta,ſumma cum diligentia cuſtodire; lampades tā ante Tabernaculum ſanctiſſimi ſacramēti,quàm alibi ardere ſolitas expolitas tenere, & accenſas continuē ſeruare.Candelas Altaribus ſuper Candelabra, eaq; benè terſa,ſeu nitida apponere. Simili etiā modo lucernas in Choro (niſi adſint Nouitij) & ipſas mundas lychno,oleoq; aptatas, ſingulis noctibus appendere; ornamēta prę̨terea Altarium,quoties opus eſt,ſecūdum qualitatem temporum, ac diuerſitatem ſolennitatum mutabit, & quæ auferenda ſunt, ſuis cōuenientibus Abacis decenter (reſarcitis priùs,quę reſarcienda fuerint) reponere curabit. Erit tandem tam Eccleſiæ,quàm ſacrarii cum Choro diligens cuſtos,& ea munda (Nouitiis auxiliantibus) ſeruare ſatageț.Cę̨teraq; omnia, quæ tàm in Eccleſia,quā in ſacrario agenda ſunt,ſeu fieri conſueuerunt,diligenter præſtabit.Cui ſi opus fuerit ſocius detur. A B

Secundus erit inter rerum domeſticarum Cuſtodes Bibliothecarius, qui communis Bibliothecæ curā gerat.Eam in primis (niſi neceſſitate cogente) ſemper clauſam habebit;libros omnes competenti ordine,& ſm eorū materias diſtinctos in ea locabit, quò faciliùs ille,qui quæritur,inueniatur.Curabit inſuper ut libri diſperſi congregentur, diſſoluti conglutinentur.Super omnia autem animaduertat,ne aliquis codex ſua incuria pereat,quod ut melius adimplere poſſit,catalogum, ſeu Indicem conficiat, in quo omnes libros ſpeciatim conſcribat,vbi tàm,qui in libraria ip

C ſa ſunt, quàm qui à ſingulis Eremitis in vſu habentur, contineantur. Præterea vnumquemque eorum in prima facie ita notabit, ut apertè appareat Cōgregationis noſtræ eſſe. Demùm, quando aliquis à loco, vel Cella diſcedit, ſtatim libros ſibi relictos in ſuam officinam reducat, & alia, quęcunque ad conſeruationem tàm librorum, quàm Bibliothecæ neceſſaria fuerint, diligenter faciat.

Tum poſtea Ferramentarius accedat, qui Ferramēta, ſeu inſtrumenta manualis operis cuncta coſtodiat in aliqua ad hoc deputata officina, quæ claudi ſolet. Vnde quoties opus erit proferat, tradatque operariis volentibus; opere autem cōſumato, eadem in ipſam officinā reſtituens curabit, vt bene tractentur. Atqui ſuper omnia aduertere debet, vt neceſſaria fiant ſi de
D ſunt, & confracta, ſeu rupta ſtatim reficiantur. Non parui momenti eſt, nec paruæ utilitatis, Eremorū noſtrorum Syluas immunes conſeruari. Ideoque multùm intereſt, quis vel qualis fuerit earum cuſtos. Is namq; Iuuenis, atque robuſtus eſſe debet, qui poſſit ſingulis diebus ſemel, vel etiam bis in die ſi oportuerit, nemora circuire, pecora, & armenta, aliaque vicinorum animalia ex Syluis arcere. Quapropter decreuerunt Patres, vt Syluarum Cuſtos ſemper ex oblatis ſit, vel (quod honeſtius eſt) merè laicus mercede cōductus; qui habitū Religionis omninò non deferat. Pręterea oportet illum diligēter ſtudere, ut quæcunq; ad conſeruationem ſyluarum neceſſaria ſunt, vel cōducunt, faciat. Prout eſt, ſuis temporibus ligna cedere, arbores purgare, vbi rara eſt ſylua, glandes, caſtaneaſvè ſeminare, ſeu nouella germina plantare, &

quæ amplius viderit utilia eſſe, more prouidi Patris A familias adimplere conabitur. In ſumma non ſolum ſupradicti officiarij,verum etiam omnes,quicunque ad ſuam cuiuſcunque generis fuerit obedientiam. aliqua inſtrumenta habuerint,eadem benè tractare,reficere,& cuſtodire nón negligant. De quibus,quæ ſupra de Ferramentario dicta ſunt, hic repetita intelligantur.Etenim neminem ignorare credimus res Monaſterij ſacras omnes reputari,& de adminiſtratione earum ſtrictam eſſe reddendam rationem in die Iudicij : Si quis autem intra octo dies, poſtquam officium receperit,Inuentarium non ficerit illorum,quę ſub cuſtodia habet, & in fine anni rationem reddiderit,puniatur à ſuperiore.

Si quid debeant Monachi proprium habere. Cap. XXXIII.

B

PRæcipue hoc vitium radicitus amputetur de Monaſterio, ne quis prȩſumat aliquid dare,aut accipere ſine iuſſione Abbatis,neq; aliquid habere propriū nullam omnino rem,neq; codicem,neque tabulas,neq; graphium, ſed nihil omnino; quippe quibus,nec corpora ſua,nec voluntates licet habere in propria poteſtate; Omnia verò neceſſaria à Patre Monaſterij ſperare,neq; quicquam liceat habere,quod Abbas nō dederit,aut permiſerit, omniaque omnibus ſint communia,vt(ſicut ſcriptum eſt) nec quiſquam ſuum eſſe aliquid dicat,vel præſumat. Quod ſi quiſquam huic nequiſſimo vitio deprȩhenſus fuerit delectari,admonea-

C *tur ſemel, & iterum ſi non emendauerit, correctioni ſubiaceat.*

CONSTITVTIO.

GEneralis prohibitio huius Capituli omnē prorſus proprietatem à vero Religioſo arcere dignoſcitur. Quamobrem præceptum iſtud ſtrictè ab omnibus, & ſingulis Eremitis noſtris obſeruari præcipiũt Patres: ita certè, vt nullus omnino Eremita (præter Cellerariũ, ſeu in eius defectũ ipſum loci Priorem) pecunias vel in minima quantitate neq; in Cella ſua, neque extra eam, neque per ſe, neque per alium, non D nomine depoſiti, vel dati, aut quouis alio titulo, ſeu colore poſſidere poſſit. Qui autem ſecus fecerit, carceri mancipetur, & ibi pane, & aqua, & diſciplinis ſecundum qualitatem culpæ ſuperioris plectatur arbitrio. Quòd ſi Cellerarius in ſua adminiſtratione aliquam fraudem in damnum loci, ſeu proximi commiſerit, officio priuetur, & ſimili pęnę ſubiaceat. Prælatus verò tali vitio infectus à viſitatoribus puniatur, & viſitator, ac Maior à Capitulo Generali. Quin & res ipſe, quæ ſingulis ad propriũ, ac neceſſariũ vſum ab ipſis Prælatis, tam ad victum, & veſtitum, quàm ad alias neceſſitates conceſſæ ſunt, ſiue in libris, ſiue in indumentis, lectulis, vel ſuppelectile cõſiſtant, ſingulæ ad nutum Pręlati illis permiſſæ cenſentur. Caueant autem Priores, ne ſuperflua aliquo modo fratribus in vſum permittant. Et ne hoc vitium inualeſcere queat, frequenter aut ſaltem bis in anno Prior

cum

cum Oeconomo, ſeu aliquo ex ſenibus Cellas fratrũ A
viſitet, ac diligenter ſcrutetur, atque inde quicquid ſu
perfluũ inueniat, illico extrahat. Quod ſi prætioſum
aliquid inuenerit, quod malitioſè abſconditum ac re
ſeruatũ fuerit, pro prima vice ſemel in pane, & aqua
ieiunet, pro ſecunda diſciplina circulari plectatur, &
pro tertia carceri mãcipetur, & puniatur, ſicut ſupra-
dictum eſt. Quamobrem quò ſemper ingreſſus Prio
ri pateat omnium Cellarum, vnius formæ ſera erit,
ita vt una clauis cunctas Cellas aperire, & claudere
ualeat, exceptis officinis, ſacrario, & ſuperioris, & Cel
lerarij Cella. Sciant autem Eremitę, illis non licere in
die, ſiue intus, ſiue foris exiſtant, oſtium domunculæ
obſerare, niſi Eremo egreſſi illa die non ſint reuerſu-
ri; quo caſu clauis Priori tradenda eſt, quod & offi-
ciarij obſeruabunt. Noctu verò ipſum oſtiũ clauſum B
ſeruabunt. Non tandem exiſtiment Eremicolæ no-
ſtri primam benedictionem rerum conceſſarum per
petuam eſſe, ſed neceſſarium eſt ſingulis annis in in-
greſſu noui Prioris, (etiam ſi idem ſit) nouam bene-
dictionem de omnibus, quæ ad uſum habent, humi-
liter petere. Nouo autem Priori licebit omnia confir
mare, ac ſi benè viſum fuerit, ex cõceſſis diminuere.
Studeant nihilominus ipſi Prælati ſemper, & in om-
nibus pauperiores ſuis ſubditis eſſe, ut diſcipuli uidẽ
tes opera Magiſtri glorificent Deum, ſibi tamen aſſu
mere poterunt, quæ alijs iuſtè permittere cognoſcun
tur. Demum cum fratres de loco ad locum in familiã
transferuntur, ſua indumenta ſecũ deferant, niſi pro-
pter diſtantiam locorum commodè id fieri non po-
terit; licebit etiam ipſis tres libros unius, ſeu plurium

C Authorum, ſiue in uno uolumine cõnexa, ſiue in pluribus diſiuncta; ſecum portare, dummodo non diuidat alicuius Auctoris opera, unum tomum deferendo, & alium relinquendo. Quj verò plures libros portauerit, ſeu alia veſtimenta, uel aliquid aliud, quod à ſuperiore nõ acceperit, diſciplina circulari plectatur, & omnia ad locum, unde diſceſſit, remittantur. Nihil denique à loco ad locum tranſportabunt ſinè ſcitu, & conſenſu ſuperioris. Quod & in tranſitu à Cella in Cellam aliam ſtrictè ſeruabitur. Circa Itinerantes uerò ſtatutum eſt, ut pecunias pro uiatico acceptas non niſi ad neceſſaria itineris expendant. Si quis aliquid aliud emerit præter uiatico neceſſaria, priuetur eo, & ſuperioris arbitrio puniatur. & qui ad aliũ Religionis locum deſtinantur, ſtatim ac ad locum peruenerint, qui autem ad extera loca mittuntur, ſimul ut ad proprium locum reuerſi fuerint, pecunias, quæ ex
D uiatico ſuperſunt, Cellerario, aut in eius abſentia Priori reſtituant; nihil penitus inde retinentes. At ſi quis (quod Deus auertat) proprietarius inuentus fuerit, ultra pęnitentias in hoc Capitulo poſitas, pęnę in Concilio Tridentino Seſſ. 25. capitul. 2. conſtitutæ ſubiaceat.

Si omnes æqualiter debeant neceſſaria accipere. Cap. XXXIIII.

Sicut ſcriptum eſt; Diuidebatur ſingulis prout cuiq; opus erat. Vbi non dicimus, ut perſonarum (quod abſit) aeceptio ſit, ſed infirmitatum conſideratio; vbi qui minus indiget, agat Deo gratias, & non contriſtetur

tur. Qui verò plus indiget, humilietur pro infirmitate, & non extollatur pro miſericordia. Et ita omnia membra erunt in pace. Ante omnia ne murmurationis malum pro qualicunque cauſa in aliquo qualicunque uerbo, vel ſignificatione appareat. Quòd ſi deprehēſus fuerit quis, diſtrictioni diſciplinæ ſubdatur. A

CONSTITVTIO.

SVper hæc æqualitatis uerba hortantur Patres, non ſolum Prelatos, ſed etiam Miniſtros omnes, quatenus omnibus petentibus, atq; indigentibus, faciles, benignoſq; ſe prebeant, nunquā, quod præſtare poſſunt, negantes; atque omnibus æqualiter ſecundum cuiuſq; neceſſitatē tribuentes. Quibus autem ſatis fieri nequit, blandè ſaltem, ac conſolatoriè loquentes. Volunt inſuper Patres, ut qui perſonarum acceptor repertus fuerit, ſiue ſuperior, ſiue Cellerarius, Diſpenſator, Coquus, uel quicunque alius Miniſter exiſtat, qui non indigenti tribuat, & egēti, quæ dare poteſt, deneget, ſeu durius reſpōdeat, ab ipſis uiſitatoribus in actu uiſitationis, ſiue ab ipſo Capitulo generali grauiter ad eorum arbitrium puniantur. Et e contra illi, qui non neceſſaria importunè petunt, & murmuratores, qui Prelatos, miniſtroſq; infamare non uerentur, & ipſi acrius corrigantur. B

De Septimanarijs Coquinæ Cap. XXXV.

C FRatres ſic ſibi inuicem ſeruiant, ut nullus
excuſetur à Coquinę officio, niſi aut ęgri
tudine, aut in cauſa grauis utilitatis,
quis occupatus fuerit, quia ex inde ma-
ior merces acquiritur. Imbecillibus au-
tem procurentur ſolatia, ut non cũ triſtitia hoc faciant;
Sed habeant omnes ſolatia ſecundum modum Congre-
gationis, aut poſitionem loci. Si maior Cõgregatio fue
rit, Cellerarius excuſetur à Coquina, vel ſi qui (ut dixi-
mus) in maioribus utilitatibus occupantur. Cęteri uerò
ſibi ſub charitate inuicem ſeruiant. Egreſſurus de ſepti
mana, Sabbatho munditias faciat, linteamina, cũ qui-
bus ſibi fratres manus ac pedes tergunt, lauet, pedes ue
D rò tam ipſe, qui egreditur, quàm ille, qui intraturus eſt,
omnibus lauent, uaſa miniſterij ſui munda, & ſana Cel
lerario conſignent, qui Cellerarius item intranti conſi-
gnet, ut ſciat quid dat, aut quid recipit. Septimanarij
autem ante unam horam refectionis accipiãt ſuperſta-
tutam annonam, ſingulos biberes, & panem, ut hora
refectionis ſine murmuratione, & graui labore ſeruiãt
fratribus ſuis. In diebus tamen ſolemnibus uſque ad
Miſſas ſuſtineant. Intrantes autem, & exeuntes heb-
domadarij in oratorio mox Matutinis finitis Dominicâ
omnium genibus prouoluantur, poſtulantes pro ſe ora-
ri. Egrediens autem de ſeptimana dicat hunc uerſum.
Benedictus es Domine Deus, qui adiuuiſti me, & con-
ſolatus es me. Quo dicto tertiò accipiat benedictionem
egrediens. Subſequatur ingrediens, & dicat, Deus in
adiuto-

adiutorium meum intẽde Domine, ad adiuuandum me festina; Et hoc idem tertiò repetatur ab omnibus, & accepta benedictione ingrediatur. A

CONSTITVTIO.

QVia Eremitica inſtitutio, quæ cõmune Refectorium non nouit, minimè patitur per hebdomadarios, ſeu varios Miniſtros Coquinæ miniſteriũ adimpleri. Idcirco iam dudum ſtatuere Patres, vt ſemel electus Coquus per annum integrum (niſi neceſſitas, vel urgens caſus inciderit) in ſua obedientia perſeueret. Cuius partes erunt cum ſollicitudine ea, quæ ad proprium munus exercendum neceſſaria ſunt, præparare; ac tempus præueniẽdo, ab ipſo Cellerario non ſolum cibaria, verum etiam vaſa, lintea-mina, et ſi quę ſunt eiuſmodi alia petere, atque recipere. Rurſus cum diligentia, ſemperq; munditiei intentus, debet pulmenta, & cæteras epulas, quæ Eremitis, hoſpitibuſq; miniſtranda veniunt, coquere, & ante tempus parata habere: quò horis competentibus ad ſingulas Eremitarum Cellas, (vt moris eſt) cuique ciborum portiunculam, quæ illi contingit, ſine mora deferat. Ad quem etiam attinet ſingulis Cellis oleũ, ſalem, & acetũ, quoties opus eſt, miniſtrare. Erit inſuper continuus temporum, dierumvè obſeruator, vt ſecundum diuerſitatem eorum ciborum qualitatem mutare, nec nõ fercula uel augere, vel minuere (iuxta præſcriptum diſcreptionis Eremiticæ ordinẽ) exactè nouerit. Præcipua igitur eius cura erit, ut omnes B

æqualia

C æqualia recipiant;Infirmis,ſenibus, debilibuſque ex-
ceptis,quibus (Priore ſciente,& annuente) indulge-
re,cumq; charitete inſeruire omninò non omittat.
Præter hæc ſollicitus ſit vaſa, (quæ mũda ſibi ab Ere-
mitis reſtituẽda ſunt) ab armariolis Cellarum in ſuã
officinam unoquoque mane reportare.Vbi verò ma
ior eſt numerus fratrum,illi ſocius in ſolatium (ſicut
Regula iubet) adiungatur,& omne auxilium oppor-
tunum detur.Semper autẽ in corde ſuo retineat Co-
quus,ſe non hominibus,ſed Chriſto miniſtrare.Ipſe
enim dixit.Qui mihi miniſtrauerit,honorificabit illũ
Pater meus.

De Infirmis fratribus Cap. XXXVI.

*INfirmorum cura ſuper omnia adhiben-
da eſt, ut ſicut re vera Chriſto,ita eis*
D *ſeruiatur; quia ipſe dixit,Infirmus fui,
& viſitaſtis me : & quòd feciſtis uni
de his minimis meis, mihi feciſtis. ſed
& ipſi infirmi conſiderent in honorem Dei ſibi ſerui-
ri,& non ſuperfluitate ſua contriſtent fratres ſuos ſer-
uientes ſibi. Qui tamen patienter portandi ſunt, quia
de talibus copioſior merces acquiritur. Ergo cura ma-
xima ſit Abbati,ne aliquam negligentiam patiantur.
Quibus fratribus infirmis ſit Cella per ſe deputata, &
ſeruitor timens Deum,& diligens,ac ſollicitus. Balneo
rum vſus Infirmis,quoties expedit,offeratur:Sanis au-
tem,& maximè Iuuenibus tardius concedatur.Sed &
carnium eſus Infirmis,omninoque debilibus pro repa-
ratione concedatur. At ubi meliorati fuerint,à carni-*

bus

bus more ſolito omnes abſtineant. Curam autem maximam habeat Abbas, ne à Cellerarijs, aut ſeruitoribus negligantur Infirmi: quia ad ipſum reſpicit, quicquid à diſcipulis deliquitur. A

CONSTITVTIO.

NEmo eſt, qui neſciat Cellam, quam Infirmis deputatã eſſe vult pijſſimus Magiſter, commune languentium valetudinariũ intelligi; In quo tamen, non vnã tantùm, ſed plures eſſe manſiones oportet. quò pluribus exiſtentibus Infirmis ſingulis ſingulæ conſignẽtur cameræ, ne alter alteri impedimento eſſe queat. Hoc ergo valetudinarium ſtrictè præcipiunt Patres quàm primum in una quaque Eremo noſtra fieri, in loco ſalubri, & à concurſu domeſticorum ſemoto. Adſit ibi ſacellum ad celebrandum, ſit & officinola, B in qua diuerſa pharmaca, puta unguenta, olei conditi varia genera, diſtillationes herbarum ſalutiferarum, ſucci, & faſciculi, nec non ſaccharum, & cõfectiones, aliaque huiuſmodi, pro vſu Infirmorum aſſeruentur. Habeat inſuper omnis Camerula caminum ſuũ cum lectulo, ſine linteaminibus tamen more, Eremitico; quamuis ingraueſcente morbo etiam ceruical plumeum, & anaclynterium laneum cõcedi poſſint. Iam, qui ad Infirmorum curam præficiendus eſt, non ſolum perpetua diligentia, magnaq; charitate illis ſeruire debet, Verùm etiam in præparandis rebus neceſſarijs viriliter inſudabit. Super omnia autem non deſit morbo laborantibus (ſi commodè poteſt) Medi-

corum

C eorum peritorum viſitatio, aut ſaltem infirmitate accedente ad eos plena informatio, cum qualitatibus tã Infirmi, quàm valetudinis mittatur. Ad quorũ conſilium omnia fiant, & iuxtà eorum ordinationem medicamenta (nulla expenſarum ratione habita) accerſeantur, eodemq; ordine ea languentibus miniſtrentur. Atqui ſicut ſuperiores, & Infirmorum Præfecti ſolliciti eſſe debent in Medicis conſulendis, & accerſendis, attamen nemini licebit Medicum adire, eundemq; de ſua infirmitate informare ſine ſuperiorũ licentia. Inſuper ſit Prior Frequens Infirmorum viſitator, & Miniſtrorum ſollicitator; & cum oportuerit Præfecto ſocios dare, qui diu noctuq; ſecundum indigentiam lectulis Infirmãtium aſſiſtant, nunquã recuſet. Ante omnia ſagaciter attendat Prior, ne anima ipſius Infirmi ſuis ſolatijs priuẽt, ſuauiter illi ſuadens, atque adeò (ſi ita res poſtulat) iubens quatenus peccata confiteatur, & ſanctã Communionẽ ſumat.
D Vbi autem viderit ſuperior mortis periculum imminere, oleo ſancto eum ungat, generalem abſolutionem iuxtà Priuilegia Congregationis illi impendat. Et tandem ſicut in ordinario Eccleſiæ continetur, ad fęlicem exitum hortetur, in quantumq; fieri poteſt, adiuuet; Profectò ſi Infirmis dum viuunt curã, (quã diximus) adhibenda eſt, iiſdem Defunctis multò magis charitas Exequiarum, ac ſuffragiorum impendenda cenſetur. Defuncto igitur, qui infirmabatur, Signũ Angelicæ ſalutationis (vt omnibus notum fiat, quod pro eo orare incipiant, ſtatim pulſandum erit. Fiunt etiam tria ſigna per ictus cum eadem cãpana, ſingula per quatuor Miſerere protracta. Primum ſtatim

tim poſt Aue Maria:Secundum,cum defertur ad Ec- A
cleſiam:vltimum,donec ſepultus ſit, perdurat. Deinde voluerunt Patres craſtina die in mane (ſi fieri ſic conuenit) ſin minus,eadem die cum proceſſione omnibus, qui præſentes ſunt, Eremitis, binis, & binis comitantibus,corpus Defuncti ad Eccleſiam cum feretro (more ſolito) deferri. Vbi funeralia,iuxtà regulas in fine Breuiarij, piè,& cum deuotione perſoluantur. Quod ſi mane fiat, Miſſa præſente cadauere celebret,& reliqua, quæ ſuper hoc aliàs ordinata ſunt, cum diligentia exoluantur.Præterea,& pro omnibus Defunctis ter ĩ anno Aniuerſaria, (Feſti duplicis more) iam ab antiquo conſtituta celebrantur; quorum celebrationis ordo ibidem in Breuiario latiùs cõſtat, qui per omnia tenendus eſt. Et quia more feſti dupli
cis dicta Aniuerſaria aguntur,quatuor candelis trium B
vnciarum Altare illuminatur,dum laudes,& Miſſa dicuntur.Quod ſimili modo in ſepultura,ſiue exequijs Defunctorum fratrum noſtrorum ſeruatur. Adduntur duæ candelę,una ad caput,altera ad pedes,in feretro Defuncti; quæ,donec ſepultus fuerit,non extinguuntur. Sic etiam in Aniuerſarijs ad Tumulum in medio Eccleſiæ poſitum,duæ candelæ ardere ſolent. Sed ne quicquam intactum relinquatur,ſciendũ eſt, in proceſſionibus,quæ ad communicandum, & vngendum Infirmum, nec non ad ſepelliendum fiunt, mandaſſe Patres, vt ſinguli fratres, qui (vt diximus) in ſuo ordine bini, & bini uadunt,ſingulas vnius vnciæ candelas in manu accenſas deferant; quo præfatæ ceremoniæ deuotius, atque honorificentius exequantur. Quando ex noſtræ Congregationis Fratribus

C bus aliquis è vita migrauerit (quàmuis etiam oblatus fuerit) tenebũtur omnes, tam ſacerdotes, quàm Clerici, eius loci in quo ipſæ humanę naturę debi ũ perſoluit, præter officium Funeris, dicere integrum officium Defunctorum pro ipſo defuncto, id eſt veſperas cum tribus Nocturnis, Inuitatorio, & laudibus in fine: idque præſente mortuo, antequam ſepulturæ mandetur, cum oratione in fine Abſolue, quæſumus, &c. eo ſcilicet ordine, qui in Breuiario continetur. & in omnibus reſidētijs noſtris tenebuntur omnes ſacerdotes intra ſpatium vnius bimeſtris ad ſummum computandi à die habitę notitiæ mortis ipſius, celebrare pro anima eius trigeſimum, vt vocãt, ideſt Miſſas Sancti Gregorii. Præter quod trigeſimum quilibet ſacerdos intra dictum terminum celebrabit etiã tres Miſſas ob eãdem cauſam, ſi frater Defunctus priuatus erat: alioquin ſi Prior, aut viſitator, quinque: ſi verò Pater maior, decem. Inſuper in eo loco in quo
D obibit ſupradictorum aliquis, abſq; cõſuetis elęemoſinis tantundem dabitur pauperibus pro anima illius quantum ſufficere potuiſſet ad victum eius in vnum menſem; aut certè tantum de alia re, quantũ ſupradictã elęemoſinam æquare poſſit, quod putamus ad minus debere eſſe ducatum auri. Et poterit hæc elęemoſina diſtribui, aut tota ſimul, aut in pluribus vicibus, vni ſoli, aut pluribus perſonis ſecundum neceſſitatem, & hoc, ut quàm longiſſimè, intra terminum vnius Menſis, huius rei curam gerente ſuperiore loci cum Cellerario. Ad hæc obligantur etiam ſacerdotes omnes, quotieſcũq; Anniuerſaria pro Defunctis agũtur, Miſſam vnam, quantocius vacabit eis, in ſalutem anima-

animarum earum,quibus ipſa Anniuerſaria comme- A moratio fit,celebrare. Declaramus autẽ huic obligationi Miſſarum dicendarum ſatisfieri dicendo inter celebrãdum pro ipſis orationem pro Defunctis, aut etiam faciendo de eiſdem mentionem in ſecreta oratione Meměto,dũmodo illud præſens ſacrificiũ pro eis præcipuè offeratur de Clerici fratres infra gradũ ſacerdotij debitores erunt applicandi ad hoc ſuas priuatas pſalmodias, ad quas alioquin iam tenentur ex præcepto Conſtitutionis,pſalmos ſuos terminando cum Verſ.Requiem æternã recitando,ideſt pro anima cuiuſlibet priuati fratris Defuncti tria pſalteria. Pro Priore quocunq; aut viſitatore quinque,pro Patre Maiore decem; Et quando Aniuerſaria dicuntur pro eiſdem animabus,pro quibus ipſa fiunt,vnũ ſingulis vicibus. Fratres Conuerſi,& oblati, pro anima B cuiuſcunq; priuati Eremitæ Defuncti dicent ducentos Pater noſter, & totidẽ Aue Maria; pro vno Priore,aut viſitatore tercentos,pro P.Maiore quingẽtos, & ad quodcũq; Anniuerſarium quinquaginta Pater noſter,& Aue Maria. Admonentur verò omnes, vt quàm primum prædictis obligationibus ſatisfacere, & debitum hoc ſuum cum quanta potuerint maiori attentione,& deuotione perſoluere ſtudeant,eo ſcilicet modo,quo ſibi fieri optaturi ſunt,quando & ipſi in horam illã deuenerint.Poſtremo,qui intra præfinitum tempus ea, ad quæ tenetur,non adimpleuerit, abſtineat à vino donec ſatisfecerit. Nouiſſimè hoc ſtrictius prohibetur, ne quis Eremitarum in domibus ſecularium etiam conſanguineorum, nèq; in publicis Xenodochijs curetur. Qui autem ſecus fece

H rit,

C rit, & ſuperior, qui eum ire permiſerit, vterque à viſitatoribus acriter corripiatur; & eorũ arbitrio puniatur. Deinde ad Infirmorum conſolationem, charitatemq; exercendam, vnicuique licitũ erit, quoties per diem voluerit, ad eos inuiſendos accedere; atque ibi ſilentium cum omni modeſtia ſoluere, & afflictum quo melius ſciuerit exhilarare. Atqui incluſos morbo detentos nemo ſine licentia ſuperioris inuiſet. Balneorum uſus raro, uel nunquam (ſi fieri poteſt) cõcedatur. Quod ſi vrgens neceſſitas cogat, triũ Medicorum, aut certè duorum conſilio fiat, de conſenſu tamen Capituli Generalis, uel intra annum Maioris, & Viſitatorũ, niſi domi balneatio fiat, & nõ aliàs, Et qui aliter fecerit; & ſuperior, qui hoc permiſerit, ambo à Viſitatoribus puniantur. Balneandis nihilominus ſufficiens pecuniarum prouiſio cum pruden-

D te, maturoque ſocio detur. Carnium eſus morbo laborantibus Medicorum ſuaſu intra ualetudinarium ubi aderit, & commode fieri poterit, cõcedatur, prout ſuperioribus expedire videbitur, extra verò nunquam permitti debet, qua in re ad unguem Regula ſeruanda eſt. Verùmtamen, qui carnibus veſcuntur ab omnibus cibis ægrotis vetari ſolitis penitus abſtineant, qualia ſunt caſeus, piſces, ſalſamenta, agrumina, poma, & reliqua huiuſmodi. Poſtremo ſummopere caueant Superiores, ne, dum conualeſcentibus, ſenibus, ac debilibus cum ratione indulgent, ſanis offendiculum pareat.

A

De ſenibus, vel Infantibus. Cap. XXXVII.

Licet ipſa natura humana trahatur ad miſericordiam in his ætatū, ſenum videlicet, & Infantum: tamen, & Regulę auctoritas eis proſpiciat. Conſideretur ſemper in eis imbecillitas, et nullatenus eis diſtrictio Regulę teneatur in alimentis, ſed in eis pia conſideratio, & pręueniant Horas Canonicas.

CONSTITVTIO.

Voniam ipſa Senectus morbus perpetuus eſt, (vt quidam ait) ratio ipſa poſtulat, ſenio confectos quaſi Infirmos, ac debiles eſſe tractandos, atque fouendos. Propterea in viſceribus Ieſu Chriſti, monent Patres, vt cuncti, ad quos eorum cura ſpectat, Prelati, & Miniſtri ſemper miſericordes, & compatientes, erga ſenes eſſe velint, vt & ipſi miſericordiam conſequantur. Neque profectò inhumanos, ſineque pietate, & malè ſe cum ſenibus habentes, ſine correctione euadere volunt, immò grauiter puniri eos iubent. B

C

De Hebdomadario lectore. Cap. XXXVIII.

MEnſis fratrum edentium lectio deceſſe nō debet, nec fortuito caſu, qui arripuerit codicem legere audeat ibi, ſed lecturus tota hebdomada, Dominica ingrediatur. Qui ingrediens poſt Miſſas, & communionem petat ab omnibus pro ſe orari, ut auertat ab eo Deus ſpiritum elationis, et dicatur hic verſus in oratorio tertiò ab omnibus; ipſo tamen incipiente. Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Et ſic accepta benedictione ingrediatur ad legendum. Summumq; fiat ſilētium ad menſam, vt nullius muſſitatio, vel vox, niſi ſolius legentis, ibi audiatur. Quę verò ne-
D *ceſſaria ſunt comedentibus, & bibentibus, ſic ſibi inuicem miniſtrent fratres, vt nullus indigeat petere aliquid. Si quis tamen opus fuerit, ſonitu cuiuſcunq; ſigni potius petatur, quàm voce; nec pręſumat ibi aliquis de ipſa lectione, aut aliud eo quicquam requirere, ne detur occaſio maligno, niſi fortè Prior pro ędificatione voluerit aliquid breuiter dicere. Frater autem hebdomadarius accipiat mixtum priùs, quam incipiat legere, propter communionem Sāctam, & ne fortè graue ſit ei ieiunium ſuſtinere. Poſtea autem cum Coquinę hebdomadarijs, et ſeruitoribus reficiat. Fratres autem non per ordinem legant, aut cantent, ſed qui ędificent audientes.*

CON-

CONSTITVTIO.

IAm ab Exordio noſtri ordinis ab ipſo ſãctiſſimo Patre nr̃o eiuſdẽ Fundatore hũc Romualdo ordinatũ, & in hũc vſque diem tenaciter per noſtros Eremitas extat obſeruatum, vt vnuſquiſque in ſua, quam incolit, Cella quotidie (dum in Eremo manet) ſolus reficiat; ſic namq; maiori ſilentio intendere, ſtrictioriq; parcimoniæ ſine alterius ſcandalo, aut admiratione, ſineque propria animi elatione, ſolus uti poterit feruens Eremita. Excipiuntur inde quædam præcipuæ Feſtiuitates, in quibus omnes ad commune Refectorium cõueniunt, ſcilicèt Dies Reſurrectionis Dominicæ, Pentecoſtes, Aſſumptionis Beatæ Mariæ, omnium ſanctorum, Natiuitatis Domini; Epiphaniæ, & Feria Quinta in Cæna Domini; Sancti Romualdi, & Sancti Benedicti, & Feſtorum Dedicationis, ac Tituli Eccleſiæ, nec non durante celebratione Capituli generalis in loco vbi celebratur. In quibus diebus Clerico, qui hebdomadã in Choro perſoluit, communis Menſæ lectio incumbit: qui tamen mixtum ante commune prandium (quod Regula permittit) non ſumet, & ſine verſiculis in ea aſſignatis, abſolutè à ſuperiore benedictione petita, & accepta, legere incipiet. In ſecunda Menſa autem nec petitur, nec datur benedictio, ſed benè redduntur gratiæ. Lector ſecundæ Menſæ erit Clericus hebdomadæ præteritæ hebdomadarius. Signa autem duo danda ſunt, tam prandij, quàm cœnæ

C quando in communi reficitur, quæ ſingula viginti ictus campanulæ rati, quorum interualla duorũ Miſerere erunt. Secundæ verò Menſæ vnicum erit eiuſdem menſuræ. Signum verò collationis tantò ante Completorium detur, vt facta collatione Completorium iuſtè pulſari queat. Reliquis ergo totius anni diebus huius ſcholæ diſcipulus hora prandij, accepta ciborum portione ſibi à Miniſtris tradita, & ea contentus, ſemperque ſine murmuratione, menſam per ſe (more ſolito) benedicat, qua finita benedictione aliquantulum ex Biblijs, ſeu altero ſpirituali libro deuotè legat, ac deinde cibum ad Dei gloriam ſumat: Non tñ omittã, dum corpus reficit, mentẽ ad Deũ leuare, & quaſi Chriſtum conuiuam ante ſe habeat, D ſpiritum meditando recreare. Tum poſtea iterũ paulìſper ſaltem legere, & poſt lectionem ſurgens gratias agere properet. Cæterum quoties dies abſtinentiæ panis, & aquę occurrerit, non ſuper Menſam, ſed in terra ſedens tabula ſuppoſita (pedibus nudis, aut ſeminudis ſine vllo apparatu panem tanquam cinerem cum gemitu, & humilitate manducet, & aquam velut potum lachrymarum vera contritione admixta bibat. Hic eſt tandem apud nos reficiendi modus, à qua obſeruatione, ac reficiendi modo eximuntur duæ ſolemnitates, ſcilicèt Sancti Martini, & Dominicæ Quinquageſimæ, in quibus propter ingreſſum Quadrageſimarum quadam pia, ac charitatis plena libertate alacrius, lautiuſque bis in die reficiuntur fratres. Et quàmuis ſimul atque in eadem Menſa nõ tamẽ in Refectorio, ſed in alio quodam ad hoc præparato ſeorſum loco. Quæ nihilominus recreatio cum

Religioſa modeſtia, omni prorſus prophano, ſeculariuè luxu expulſo, immò expreſsè prohibito, fieri debet. At quia per conſuetudinem ſolent Priores præcedenti hebdomada fratres ſuos, bipartitos tamen, non vna die, omnes foras ad aliquod membrum loci, (ad ſeculares autem nunquam, nec ad loca Religioſorum maximè) ad comedendum mittere, eadē quidem die in crepuſculo noctis reuerſuros, ibiq; in prædicto recreationis loco ſimul cęnaturos, hos æquidem eadem recreandi forma, ac modo, nec non eadem modeſtia vti ſtrictè iubent Patres, & vbi nō aderit membrum loci commodum, poterūt Priores vnica die præfatę præcedentis hebdomadæ domi cō ſueto loco recreationem concedere. Si verò aliquis ad ſecularum domos accedat, grauiter à ſuperiore puniatur cū abſtinentia vna in pane, & aqua, & qui manus in alterum per iocum iniecerit, eadē pęna plectatur, & qui in loco recreationis noctè illa remanſerit poſtquam ſuperior dormitum ierit, puniatur ſuperioris arbitrio, & ſi in his recreationibus permiſerit ſuperior aliquid indecens fieri, puniatur à viſitatoribus, vel à Capitulo Generali.

De Menſura Ciborum. Cap. XXXIX.

Sufficere credimus ad refectionem quotidianam tàm ſextę, quā Nonę omnibus menſis cocta duo pulmentaria propter diuerſorum infirmitates, vt fortè, qui ex vno non potuerit edere, ex alio reficiatur, ergo duo pulmentaria cocta fratribus ſufficiant, &

C *ſi fuerint inde poma, aut naſcentia leguminum addatur & tertium.*

CONSTITVTIO.

DOctrinam hanc duorum pulmentorum Patres noſtri antiquam Religionis huius conſuetudinem inſequentes ſic intelligi voluerunt, vt diebus competentibus duo Fercula dari poſſint, ſed non vt quotidie dentur. Pręſertim cũ multi occurrãt dies in quibus Eremitis noſtris unum tantum, nec paucio res, in quibus nec unum quidem pulmentum offeratur. Nam ſecundum temporum, dierumque per annum varietatem, ciborum quoque quantitas, & qualitas apud nos variantur, vt in ſequentibus diſtinctè patebit. Et in primis æſtatis tempore cum in Cęna
D vnicum ferculum nobis affertur, acetarium ex herbulis condire nemini prohibetur, ſicut & quoties in die Ieiunij unum tantum pulmentum ex coquina venit. Atqui nemini licet acetarium à Miniſtro delatum, & quod ipſe fortè antea parauerat, ſimul mãducare. Etenim hoc caſu alterum è duobus relinquere cogitur. Veruntamen in ſupplementum deficientiũ ferculorum iuxtà Regulæ diſpoſitionem per ſingulas Cellas ſaltem ſemel in hebdomadá, vel bis ſi commodè poterit, vel pluries in æſtate iuſta fructuũ portio deferatur. Dari quoque aliquando ſolent ſecundum temporum qualitatem, acrumina, radices, vel aliud huiuſmodi. Sic tandem fiat, vt nulla hebdomada ſine aliqua prædictorum portiuncula tranſeat.

Præterea cum non minus neceſſaria ſit Miniſtris cognitio ponderis, & menſuræ, quàm numerus ferculorum, ſtatutum eſt, ne ouorum pitantia duo oua, piſcium recentium ſex uncias, ſalſamentorum quatuor ponderis uncias nullatenus excedat. In pulmentis condiendis tribus quibuſq; duo oua, & uncia caſei inuoluatur, ſeu miſceatur. Caſei quoque pitantia ſex unciarum ponderis erit, quæ extra Quadrageſimas, die Dominico tantùm ſingulis datur, cuiuſque diſcretione in totam hebdomadam compartienda. Nec quis tamen audeat diebus prohibitis caſeũ manducare. Poſtremò, quia hic in dies pulmenta craſſi, & macri appellatione diſponuntur, ſciendum eſt macrum dici quod ſine ouis, & caſeo, lacteve conditum datur. Craſſum itẽ, quicquid ouorum, caſei, lactiſvè mixturam habet. ſed & hoc tenendum eſt, nihil obſtare, quo minus pro craſſis macra miniſtrentur, maximè cum oua deſunt, quod ſępè contingit, non è cõtra craſſum pro macro miniſtrabitur unquam. Stricta quoque prohibitione vetitum conſtat, ne quis in priuata Cella aliquid, quod pulmẽti ſpeciem ſapiat, coquat præter fructus, ut ſunt poma, & acrumina, ut ſcilicet allia, cępe ſub prunis. qui autem contrafecerit, una abſtinẽtia in pane, & aqua mulctetur. Omnia ergo, quæcunque Eremitis miniſtrantur, aut ex Coquina, aut communi Pœnu prouenianr, & quicquid ex decoctis Epulis non manducat frater, in craſtinum ſibi reſeruare omninò nequit, ſed eadem die foras mittere debet, ſic & vaſa, quibus vſus eſt, benè munda in armarium extrahet à Coquo exportanda. Eodem modo cunctis ex Cellarum, ſeu cõmunibus

A

B

C hortulis acrumina, fructus, radices, ſeu aliud quid (abſque licentia Prælati) colligere, carpereve, omnis facultas, hac lege ablata cenſetur, omnes tamen poterunt ex herbulis hortorum, (recluſorum hortulis exceptis) ſibi ſumere ad proprium vſum, ſolus autẽ Coquus vndecunque pro vſu Coquinæ colligere poterit, & qui contra fecerit, iuſta animaduerſione corrigatur.

Rebus tandem ita diſpoſitis, ad diſtributionem earum veniamus. Principio à Paſcha vſq; ad Exaltationẽ Sanctæ Crucis (exceptis Feria Quarta, & ſexta) in quibus ieiunatur, ſingulis diebus (niſi aliqua vigilia fiat) in mane fratribus ſolum pulmentum miniſtrabitur, & ſero ad cęnam dabitur pitantia, ſed ſi Feſtum Duplex Primæ, vel ſecundæ Claſſis celebratur, mane cum pulmento aliud Ferculum adiungatur. Et ſi quis quoties non ieiunatur, ſemel tantùm
D quaſi ieiunaturus reficere uelit, huic, quicquid alijs in die illa tàm mane quàm ſero deferendũ eſt, ad prandium tribuatur. Ieiunium igitur quartæ feriæ, ſi officium Feriale agitur, cum vno pulmento quadrageſimali, & acetario fit. At ſi de Feſto, etiam ſimplici agi contingat, ſeu de die infra octauam, & vbi Capitulum Generale celebratur, tun duo pulmẽta craſſa miniſtranda ſunt. Idem per omnia in Ferijs Rogationum militabit. Feria ſexta item eodẽ tempore æſtiuo abſtinentia fit cum pane, & aqua, additis fructibus, ſeu acruminibus, vel herbulis cum ſale, ſine aliquo condimento; ſed ſi in ipſa Feria ſexta, aliquod feſtũ duplex inciderit, abſtinentia transfertur, & dantur duo pulmenta quadrageſimalia. Abſtinentia verò,

rò, ſi ipſius diei Feſtiuitas vigiliam habet, in ipſa uigi- A
liā fieri debet; ſin minus, in Feriam quartam, vel aliā
diem commodiorem ad arbitrium Superioris tranſ-
fertur. Verùm hoc ſolidè tenendum eſt, nullam heb-
domadam in anno, ſine unius diei abſtinentia præ-
teriri poſſe. Qui tamen in ipſa ſexta Feria abſtinere
volet (niſi in communi reficiatur) abſtineat in Do-
mino. Quando celebrātur Anniuerſaria pro Defun-
ctis cùm tribus Nocturnis, duo concedantur pulmē
ta, Acetarium quoque ſingulis diebus addere nemi-
ni prohibetur, extra quadrageſimas, & dies abſtinē
tiæ, quando tamen ieiunatur. Ab Idibus inſuper Se-
ptembris vſque ad Sanctum Paſcha Reſurrectionis
nobis perpetuum ieiunium (vti ſanctiſſimus Pater
præcipit) indictum conſtat, exceptis Dominicis die-
bus, in quibus ieiunium ad libitum cuiq; relinquitur.
Quamobrem in mane pulmentum cum ferculo ſi-
mul datur, vt qui unam refectionem vti velit, libere B
poſſit. Ab eodem die Feſto, videlicèt Sanctę Crucis,
vſque ad Feſtum ſancti Martini, & à Natiuitate Do-
mini, vſque ad Quinquageſimam (tempore extra
Quadrageſimas) ter in hebdomada, nempe Domini
ca, Feria tertia, & quinta, cum pulmento pitantiam,
ex ouis, uel craſſo Eremitis miniſtrātur. Quod in om
nibus Feſtis Duplicibus intra eadem tempora obſer-
uatur, niſi in feria ſexta inciderint, in qua oua, & ca-
ſeum non admittuntur. Atqui Feria ſecunda, & Sab-
batho craſſum pulmentum, cum inſalatitio, exhibe-
tur. Feria, autem quarta totidem, ſed macrum mini-
ſtratur. Feria verò ſexta abſtinetur, ut ſupra retuli-
mus. Poſtremò in vtraque Quadragema ſingulis Do

minicis

C minicis diebus, & Feria quinta cũ Feſtis Duplicibus, duo Fercula macra, quiſque habere debet, Feria tertia, & ſabbatho vnum ſimili condimento pulmentum cũ acetario, Ferijs verò ſecunda, quarta, & ſexta abſtinentia fit in ſolo pane, & aqua, & ſale. Poteſt tamen his aliqua herbula, vnius tantùm ſpeciei, ſiue folia eius ſint, ſiue ſemen, ſine ſcrupulo addi. In quibus Ferijs, vel aliqua earum, ſi feſtum duplex inciderit, abſtinentia relaxatur, dummodo ſemel in hebdomada fiat, vti paulò ante dictum eſt. In vigilia Natiuitatis Domini (ſi non uenerit in die abſtinentiæ, & in ſabbatho ſancto, ieiunium cum uino, & fructibus vnoque tantùm pulmento fiat. Præter Quadrageſimas, & alia ieiunia ab Eccleſia conſtituta, ex ſpeciali Religionis deuotione ieiunantur vigiliæ Purificationis, & Natiuitatis Beatæ Mariæ, & ſancti Patris noſtri Romualdi. In his, inquam Quadrageſimis, atq; Vigilijs ieiunatur in cibis quadrageſimalibus cum pitantia, quæ aliàs illa die danda foret. Eodem modo ieiunatur ſingulis ferijs ſextis totius anni, quãdo propter ſollennitatem in eis occurrentem abſtinentia transfertur. Eſt tamen aduertẽdum, quia in Feria ſexta, (quicquid in ea euenerit) nunquam ſepta Eremi ieiunium, neque ciborum qualitas diſpenſanda venit. Attamen quoties in dicta Feria Natiuitas Domini, aut Sanctiſſimi Romualdi Feſtiuitas occurrerit, ouorum, & caſei pulmentaria manducamus; Ieiunium autem minimè ſoluitur. Adde quod in eadem Feria ſexta, neque hoſpitibus, neque operarijs, famuliſvè, vnquàm oua, ſiue lacticinia miniſtrari fas eſt, niſi infirmitate, aut debilitate laborent, vel multum

D

ſint

ſint delicati, ac nobiles. Si denique ea die Feſtum ſan A ćti Martini celebrari contigerit, ſolita illius diei recreatio die præcedenti fieri conſueuit, collatio fit in ſerò, cùm fructibus, & vino, ſine pane, benedictione præmiſſa, & gratiarum actione ſubſequente. In diebus verò abſtinentiæ, cum fructus non comedantur, poterit parum panis, propter potum comedere.

Sequitur Regula.

Panis libra vna propẽſa ſufficiat in dies ſiue vna ſit refectio, ſiue prandij, & cęnæ. Quod ſi cęnaturi ſunt, de eadem libra tertia pars à Cellerario reſeruetur reddenda cęnaturis. Quod ſi labor fortè factus fuerit maior, in arbitrio, & poteſtate Abbatis erit (ſi expediat) aliquid augere, remota prę omnibus crapula, vt nunquam ſubrepat Monacho indigeries, quia nihil ſic contrarium eſt omni Chriſtiano, quo modo crapula, ſicut ait Dominus noſter, videte ne grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate. Pueris verò minori ętate non eadem ſeruetur quantitas, ſed minor, quàm maioribus, ſeruata in omnibus parcitate. B

CONSTITVTIO.

Libram panis, quam hic prouidus Pater ſingulis Monachis in dies conſtituit, menſuralis libræ pondus longè excedere, quidam auctores affirmant, nos tamen duodecim vncias panis Religioſo, parco-

que

C que viro ſufficere credimus, prout multi ex noſtris eadem, immò minori quãtitate, lętiſſimè viuunt. At quia complexiones hominum variæ exiſtunt, nulla certa panis menſura nobis à Maioribus noſtris conſtituta inuenitur. Quin potiùs ſecundùm antiquorum ritum, tanta panis quantitas, quoties recens coquitur, cuiq; à Miniſtro in Cellam defertur, quanta rationabiliter ei ſufficere poſſit, quouſque recens iterum apportetur. Verum pane deficiente, mittat frater foras in armariolo bucellam pro ſigno, & ſtatim ſupplementum ab eodem Miniſtro recipiet. Panis tandem cibarius, ſeu communis, qualem pœnitentes decet, eſſe debet non exquiſitus, nec nimis delicatus.

Sequitur Regula.

D *Carnium verò quadrupedum omnino ab omnibus abſtineatur comeſtio, preter omnino debiles, & egrotos.*

CONSTITVTIO.

Quadrupedum appellatione hoc loco, & bipedum carnes cõprąhendi minimè ambigitur; ac proinde eſus omnium carnium quadrupedum, & bipedum, ac volatiliũ prohibitus Eremitis cenſetur. Immò verò, & omnium etiam rerum, quæ per commixtionem carnis ſaporem, vel guſtum contraxerunt, nec non earum, quæ iuſculo, ſeu ędipe cõditæ ſunt. Quæ prohibitio perpetua eſt vſque

que ad mortem, tàm domi, quàm foris, in vrbe, vel itinere, & ut ſemel dicam, omni loco, ac tempore indiſpenſabiliter interdicta eſt carnis comeſtio. Niſi (vt alibi exprimitur) infirmitatis neceſſitas vrgens, eius ſubſtantiã poſtulauerit, qua in re ſuperiores (cõſilio Medici, ſi commodè haberi poterit) faciliores eſſe oportet. Atque per hanc prohibitionem voluerunt Patres, ne ſęcularibus, quidem, cuiuſcunque ſtatus conditioniſvè fuerint, intra Cruces Eremi carnes concedi poſſe; qđ, & in oblatis, atque famulis obſeruabitur. Tranſgreſſores verò, qui vel mãducauerint, vel manducare permiſerint, diſciplina circulari plectantur, ac tribus diebus in pane, & aqua ieiunent, & ſi delinquens fuerit Prælatus, à viſitatoribus; ſi autem Viſitator, aut Maior, à Capitulo Generali eadem pęnitentia puniatur. A B

De Menſura Potus. Cap. XXXX.

VNuſquiſq; propriũ habet donũ ex Deo alius ſic, alius verò ſic, & ideo, cũ aliqua ſcrupuloſitate à nobis menſura victus aliorũ conſtituitur. Tamen Infirmorum cõtuentes imbecillitatem credimus, heminam vini per ſingulos ſufficere per diem. Quibus autem donat Deus tolerationem abſtinentię, propriam ſe habituros mercedem ſciant. Quod ſi aut loci neceſſitas, uel labor, aut ardor ęſtatis amplius popoſcerit, in arbitrio Prioris conſiſtat, cõſiderando in omnibus, ne ſubrepat ſatietas, aut ebrietas, licèt legamus vinũ omninò Monachorum non eſſe, ſed quia noſtris temporibus id Monachis

C *nachis perſuaderi non poteſt, ſaltem uel hoc conſentiamus, vt non vſque ad ſatietatem bibamus, ſed parciùs, quia vinum apoſtatare facit etiam ſapientes. Vbi autem neceſſitas loci expoſcit, vt nec ſupraſcripta menſura inueniri poſſit, ſed multo minus, aut ex toto nihil, benedicant Deum, qui ibi habitant, & non murmurent. Hoc autem ante omnia admonemus, vt abſque murmurationibus ſint.*

CONSTITVTIO.

HVnc Regulæ Textum, vbi de hemina vini loquitur, tamquam exceſſiuum negligimus. At quia inter Eremitas magna eſt circa vini potum diuerſitas, cũ alij nihil vini, alij parum, alij verò ad iu-
D ſtam mẽſuram bibere ſoleant. Ideò vaſculum, quod quiſque de conſenſu, & ordinatione Prioris in Cella habet, ſingulis diebus, non prohibitis impleat Miniſter, Sed diligenter aduertãt Prælati, ne vaſcula, quæ concedunt, modeſtiam, ſobrietatemque Eremiticam excedant, magis autem aduertant ſubditi, vt ſemper Religioſam parcimoniam conſtanter retineant, nec vnquam uinum, niſi aqua dilutum bibant, quando quidem ipſam puram bibere ſalubrius eſſet. Bibentes autem (ſicut antiqua obſeruat Eremitarum conſuetudo) ſedeant ambabus manibus calicem tenentes: ſi quis verò inebriatus fuerit, publicè de malo exemplo ueniam petat, ac ter in pane, & aqua ieiunet.

Qui-

Quibus horis oporteat reficere fratres.

A Sancto Paſcha vſque ad Pentecoſtem ad ſextam reficiant fratres, & ad ſeram cęnent. A Pentecoſte autem tota æſtate ſi labores agrorum non habent Monachi, aut nimietas ęſtatis non perturbat, quarta, & ſexta feria ieiunent, vſque ad Nonam, reliquis verò diebus ad ſextam tardent. Quę ſextà prādij, ſi opera in agris habuerint, aut ęſtatis feruor nimis fuerit, continuanda erit, & in Abbatis ſit prouidētia, & ſic omnia temperet, atque diſponat, qualiter animę ſaluentur, & quod faciunt fratres, abſque vlla murmuratione faciant. Ab Idibus autem Septembris vſque ad caput quadrageſimę ad Nonam, ſemper reficiant fratres. In Quadrageſima autem vſque ad Paſcha ad veſperam reficiant. Ipſa tamen veſpera ſic agatur, vt lumine lucernæ nō indigeant reficiētes, ſed luce adhuc diei omnia conſumentur: ſed & omni tempore, ſiue cęnę, ſiue refectionis hora, ſic temperetur, vt cum luce diei fiant omnia. A B

CONSTITVTIO.

ETſi Sanctiſſimus Pater circa horam vtriuſque refectionis ſatis diſtinctè agit. Nihilominus, quod ad rem noſtram pertinet, diſtinctione pleniori eget. Aeſtiuo ergo tempore, cum non ieiunatur, hora prandij erit poſt ſextam, hora verò

C cęnæ poſt veſperas ante tamen completorium. Cũ autem ieiunatur poſt Nonam, ſigno Angelicæ ſalutationis dato, reficiant. Atqui in Quadrageſima vſq; ad Paſcha dictis veſperis, & eodem ſigno pulſato; Collationem quoque poſt veſperas ante ſignum Cõpletorij fieri neceſſe eſt. Nam poſt Completorium, nec manducare, nec bibere cuique licet, ſicut nec inter prandium, & cęnam aliquid cibi, ſeu potus guſtare; Quando verò breuiores dies fuerint, & die Dominico cęnitare velint Eremitæ, ſed propter temporis anguſtiam id cõmodè, & abſque detrimento ſanitatis fieri non poſſit, non ſe difficiles reddant ſuperiores eis humiliter petentibus licentiam concedere & poſt Completorium cęnare poſſe pro tempore, vel collationem ſumere, prout eis iuſtis de cauſis diſcretè expedire videbitur. Hæc eſt forma vitæ ſocietatis noſtræ, quam omnes Profeſſi, atque Nouitij

D obſeruare tenentur, neq; in parte, neq; in totum, ſine licentia Superioris, poſſunt quicquàm addere, vel relaxare; Si autem aliquis Spiritu ſancto inflammatus maiori auſteritate vti deſiderat, cum benedictione Prioris agat, dummodo cum ſingularitate ſua fratribus admirationem, & Coquo, cæteriſq; Miniſtris moleſtiam non inferat. Superiores verò relaxandi perinde, ac reſtringendi, ſibi ipſis, ſicut cæteris, diſcretione magiſtra, auctoritatem habent; Cauſis tamen in ſe, ſicut in alijs exactè conſideratis. Tandem oblati ab hac Regula omninò eximuntur, vtpotè ſolis ieiunijs ab Eccleſiæ præceptis obligati.

A

Vt poſt Completorium nemo Coquatur. Cap. XXXXII.

Omni tempore ſilentio ſtudere debent Monaci, maximè tamen nocturnis horis. Et ideò omni tempore, ſiue ieiunij, ſiue prandij, ſi tempus fuerit prandij, mox, vt ſurrexerint à Cœna, ſedeant omnes in vnum, & legat vnus Collationes, vel vitas Patrũ, aut certè aliquid, quod ędificet audientes, non autem Eptaticum, aut Regum. Quia Infirmis intellectibus nõ erit vtile illa hora hanc ſcripturam audire: alijs verò B *horis legantur. Si autem ieiunij dies fuerit, dicta veſpera paruo internallo mox accedant ad lectionem Collationum, vt diximus, & lectis quatuor, aut quinque folijs, vel quantum hora permittit, omnibus in vnum cõcurrentibus per hanc horã lectionis, ſi quis fortè in aſſignato ſibi commiſſo fuerit occupatus, occurrat. omnes ergo in vnum poſiti complcant. Et exeuntes à Completorio nulla ſit licentia denuò cuiquam loqui aliquid. Quòd ſi inuentus fuerit quiſquam pręuaricari hanc taciturnitatis regulam, grauiori vindictę ſubiaceat, exexcepto, ſi neceſſitas hoſpitum ſuperuenerit, aut fortè Abbas alicui aliquid iuſſerit. Quod tamen & ipſum cum ſumma grauitate, & moderatione honeſtiſſimè fiat.*

CONSTITVTIO.

C VEſpertinæ lectionis, quã hic fieri præcipit Pater Sãctus in noſtra ſocietate, hic fuit, & erit ſemper pſcriptus mòdus. Pulſante Completorij ſigno omnes fratres ad Eccleſiam decore ſeruato concurrent, vbi ante ſacramentum flexis genibus manebunt; Signo poſtea completo, cunctis aulam Capituli ingreſſis, & attentè audientibus, ibi Clericus hebdomadarius ad quartam horę partem, vel donec per ſuperiorem ſignum datum more ſolito fuerit, librum collationum, ſiue alium vulgarem ſimilẽ, vt etiam laici intelligant, & ædificentur alta, & intelligibili voce perleget. Vnde ſurgentes ad Eccleſiam

D reuerſi Completorium perſoluent, & vſq; ad horam Primę finitã ſequentis diei, in perpetuo inuiolabiliq; ſilentio permanebunt; Sicut ſuperius capite ſexto plenius conſtat. ſi verò aliquis ad hanc lectionem non venerit, dicat ſuam culpam, & corripiatur à Superiore.

De his, qui ad opus Dei, vel ad Menſam tardè occurrunt. Cap. XXXXIII.

AD horam Diuini officij mox, vt auditum fuerit ſignum, relictis omnibus quęcunque fuerint in manibus, ſumma cum feſtinatione curratur; cum grauitate tamen, vt ſcurrilitas non inueniat fomitem. Ergo nihil operi Dei prępronatur. Quod ſi quis ad Nocturnas

nas vigilias poſt gloriam pſalmi nonageſimi quarti, (quem propter hoc omninò protrahendo, & moroſe uolumus dici) occurrerit, non ſtet in ordine ſuo in Choro, ſed vltimus omnium, aut in loco, quem talibus negligẽtibus ſeorſum conſtituerit Abbas, vt videatur ab ipſo, vel ab omnibus, vſque dum completo opere Dei publica ſatisfactione pęniteat. Ideo autem eos in vltimo, aut ſeorſum iudicauimus debere ſtare, vt viſi ab omnibus, vel pro ipſa verecundia ſua emendentur. Nam ſi extra oratorium remaneant, erit fortè talis, qui ſe aut collocet, & dormiat, aut certè ſedeat foris, vel fabulis vacet, & detur occaſio maligno, ſed ingrediatur intro, ut nec totum perdat, et de reliquo emendetur. Diurnis autem horis, qui ad opus dei poſt uerſum, & gloriam primi pſalmi, qui poſt uerſum dicitur, occurrerit, lege quam ſupra diximus in ultimo ſtet, nec pręſumat ſociari choro pſallentium, uſque ad ſatisfactionem, niſi fortè Abbas licentiam dederit permiſſione ſua, ita tamen ut ſatisfaciat reus ex hoc. A B

CONSTITVTIO.

TRanſiui (inquit Salomon) per agrum pigri, & repleuerunt eum ſpinæ. Meritò ergo ſanctiſſimus Pater negligentibus pęnam ſuæ tarditatis infligit. Cui Patres adhęrendo ordinauerunt, vt quandocunque aliquis ſacerdos, vel Clericus in Choro, ſeu etiam laicus extra eum, incepto Matutini, vel Primę officio, abeſſe deprehẽditur, ſtatim hebdomadarias frater eundem properet accerſire, & ad

C Eccleſiã vocare. In alijs verò Horis diei Sacriſta (cui officia ſignandi cura eſt) pigros quoq; accerſendi cu ram habebit. Vigilabit nihilominus Prælatus quaſi Paſtor ouem ſuam requirens, & deficiente fratre ſignum (vt moris eſt) prædictis accerſitoribus confe ſtim dare feſtinet. Cui etiam venienti ſuę pigritię, (ſi modum excedit) pęnitentiam imponat. Ipſe verò tarditatis amator accedens in primis ante Altare genuflectat, & poſtea Extra Chorum in ea parte, in qua ipſe reſidet, ad terram profundè humiliatus, tã dui maneat, donec illi Superior ſignum præbuerit, vt aſſurgat. Quo facto in ſuam ſedem aſcendat. In reliquis Regulæ cẽſuræ rigoroſe ſeruẽtur. Si aliquis pro pter negligentiam ad Matutinum, & ad alias horas non venerit, puniatur Superioris arbitrio, quod de D laicis etiam intelligatur.

Sequitur Regula.

AD horam verò refectionis, qui ante verſum non occurrerit, vt ſimul omnes dicant verſum, & orent, & ſub vno omnes accedant ad menſam. Qui per negligentiam ſuam, aut vitium non occurrerit, vſque ad ſecundam vicem pro hoc corripiatur, ſi denuo non emendauerit, non permittatur ad menſæ communis participationem; Sed ſequeſtratus à conſortio omnium, reficiat ſolus, ſublata ei portione ſua vini, uſque ad ſatisfactionem, & emendationem. Similiter autem patiatur, qui & ad illum verſum non fuerit præſens, qui poſt cibum dicitur. Nec quiſquam præſumat

ante

ante ſtatutam horam, vel poſtea, quicquam cibi, vel potus percipere; ſed & ſi cui offertur aliquid à Priore, & accipere renuerit, hora, qua deſiderauerit hoc, quod prius recuſauit, aut aliud omnino non percipiat vſque ad emendationem congruam. A

CONSTITVTIO.

QVod Pater ſanctus de tarde ad Menſam venientibus diſponit, idem in noſtris Refectoriis (licet rarius contingat in eis manducare) ſtrictiùs obſeruetur.

De his, qui excommunicantur, quomodo ſatisfaciant. Cap. XXXXII.

QVi pro grauioribus culpis ab oratorio, & à menſa excommunicantur, hora qua opus dei in oratorio percelebratur, ante Fores oratorij proſtratus iaceat nihil dicens, niſi tantum poſito in terra capite, & proſtratus pronus omnium de oratorio exeuntium pedibus ſe proijciat, & hoc tandiu faciat, vſque dum Abbas iudicauerit ſatisfactum eſſe. Qui cum iuſſus ab Abbate venerit, prouoluat ſe ipſius Abbatis pedibus, deinde omnium veſtigijs fratrum, ut orent pro eo, & tunc, ſi iuſſerit Abbas, recipiatur in Choro, vel in ordine quo Abbas decreuerit, ita ſanè, vt pſalmum, aut lectionem, vel aliud quid non præſumat in oratorio imponere, niſi iterum Abbas iuſſerit; Et omnibus horis, dum completur opus dei, proijciat ſe in terram in lo- B

C]co in quo ſtat, & ſic ſatisfaciat, vſque dum ei iubeat iterum Abbas, vt quieſcat iam ab hac ſatisfactione. Qui verò pro leuibus culpis excommunicantur, tãtùm à Menſa, & oratorio, ſatisfaciant vſque ad iuſſionem Abbatis, & hoc ſemper faciant, uſque dum benedicat, & dicat, ſufficit.

CONSTITVTIO.

QVid facere debeat frater excommunicatus, rectè in hoc capite ſtatuit Pater Sanctus; Verùm quid facere debeat Abbas, vt ille à vinculo ſoluatur, non exprimit. Dicere namq; ſatis eſt, non ſufficit ad hoc, ut quis ad gremium Eccleſiæ reſtituatur. Ideòque ſanxerunt Patres excommunicatum fra-
D trem, ſiue à Iure, ſiue ab homine, iuxtà plenitudinẽ poteſtatis noſtrorum priuilegiorum, poſt ſatisfactionem per ſubditum factam, ab ipſo Maiore, ſeu Priore, ſeruata forma à ſancta Matre Eccleſia tradita, abſolutũ pronunciari oportere. Forma autem hæc in fine Breuiarij reperitur impreſſa, vt quiſq; ſciat hoc in caſu, quid ſit facturus, quã in ſimili abſolutione omnes Pręlati ſub graui pęna vti tenentur. Maiori inſuper circunſpectione omnibus caſibus, qui accidere poſſunt, prouidentes Maiores noſtri ordinauerunt quatenùs quinquies in Anno, hoc eſt in diebus Natiuitatis Domini, Paſchę Reſurrectionis, Pentecoſtes, Aſſumptionis Beatæ Mariæ, & Dominicæ quã generale Capitulum incipitur in loco tãtùm vbi celebratur, Prælati omnes ſinguli in ſuis Eccleſijs in Miſſa Maiori, quam ipſi dicere tenentur, ante Communio-

nem

nem fratrum dicto Miſereatur ueſtri,&c.Et Indulgē A
tiam, Abſolutionem,&c.generaliter abſoluat ſubditos ſuos,tam præſentes, quàm abſentes, ſicut in ſequenti forma plenius continetur, quę ex priuilegio Apoſtolico extracta, hic continuata iuſſu Patrum in hæc verba ſubijcitur. Si tenemini aliquibus vinculis, ſiue ſententiis excōmunicationis maioris, vel minoris, ſuſpenſionis, vel interdicti, ſiue pęnis quibuſcūq; tam à Iure, quàm ab homine latis, vel aliàs quotieſcunque,& quomodolibet incurſis, Auctoritate Apoſtolica mihi commiſſa, & vobis conceſſa, in quantū ſe extendunt gratiæ, & priuilegia noſtra, quæ non ſint reuocata. Ego abſoluo vos, omnes Iuriſdictioni meę ſubiectos,tàm preſentes, quā abſentes, ab omnibus uinculis, cenſuris, & pœnis prędictis, & reſtituo vos ſacro ſanctæ Eccleſię gremio,ac vnitati fidelium,& diſpenſo vobiſcum ſuper omni irregularitate,ſiue irregularitatibus, ſi quam, vel ſi quas contraxiſtis, & abſoluo vos ab omnibus defectibus, & negligentijs commiſſis in adminiſtratione ordinum,& ſacramentorum, & officiorū veſtrorum, & à tranſgreſſionibus Regulæ,& Conſtitutionum, admonitionumq; Maiorum veſtrorum, & earum pęnitentiis incurſis, non tamen ſub huiuſmodi abſolutionis prętextu, uel expectatione commiſſis, uel dimiſſis, Aboleoq; à uobis omnē infamię, & inhabilitatis maculam, vndecunque contractam,& reſtituo, ac habilito vos ad ſtatus famam,& Executionem ordinum, & officiorum veſtrorum, nec non ad omnes gradus dignitatum,& honorum,ad participationem quoq; priuilegiorum omnium, & beneficiorum Eccleſiaſti- B

C corum in quantum poſſum, & debeo. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti Amen. Poſtea dicant Fratres ſinguli Pater noſter, & Aue Maria pro pęnitentia.

De his, qui Falluntur in oratorio.
Cap. XXXXV.

SI quis, dum pronunciat pſalmum, aut antiphonam, vel lectionem, fallitur, niſi cum ſatisfactione ibi coram omnibus humiliatus fuerit, maiori vindictæ ſubiaceat, quippe qui noluit humilitate corrigere, quod negligentia deliquit. Infantes verò pro tali culpa vapulent.

CONSTITVTIO.

D CIRCA emendationem errorum, qui in Diuinis officiis accidere ſolent, ſic ſe habet antiqua noſtrę ſocietatis conſuetudo, quam vnanimiter confirmauerunt Patres. Qui verſiculum, reſponſum, antiphonam, Capitulum, orationem, lectionemvè dicendo peruerterit, & qui alium errare facit, Chorumvè perturbat, aut alia huiuſmodi committit; Finito officio in medium Chori exiens ibi proſtratus ſuper terram ſignum ſuperioris, vel pęnitentiam ex ore eius immobilis expectet. At qui in uerbis tantùm, ſeu ceremoniis, naturali defectu labitur, ſecundùm qualitatem erroris, uel genuflectit ſtatim,

tim, uel certè in proprio loco caput profundè inclinat. Quod ſi animi tumore negligentiavè ſopitus facere recuſat, iuſſu Prioris finito officio foras exire, & condignam pęnitentiam ſuſcipere cogitur. Iam ſi cõtingat (quod ſępè euenire ſolet, aliquẽ circa ea, quę dicenda, vel agenda ſunt in Choro, vel alibi errare, ſi ille, qui iuxtà errantem manet, tacitè ſigno, aliovè modo defectui mederi poteſt, eum ſubmiſſa voce moneat. Attamen cum alta, ſiue manifeſta correctiõ deſideratur, tunc quo ad Profeſſos corrigendi ſolius Prioris officium eſt. Nouitios verò ipſorum Magiſter inſtruet, atque corriget. Non tamen Priori prohibitum eſt, & Nouitios in Choro, & vbique corrigere, & reprehendere. Tandem nulli priuato licet Superioribus præſentibus aliquem errantem repręhendere, ſeu emendare, niſi Pręlatis negligentibus, ſiue non aduertentibus, talis error ſcandalũ abſurdumvè eſſet allaturus, eo enim caſu non erit indecens, ſed opportuna talis correctio. Animaduertant tamen omnes, vt correctiones huiuſmodi in Diuinis officiis nutu potius, ſignovè faciant, quàm ore aperto, ne perturbatio ſequatur. Vnde conſultius erit in his, quę parui momenti ſunt, diſſimulare, quàm pro nihilo officium interrumpere, vel alios in admirationem ducere.

A

B

De his, qui in aliquibus rebus leuibus delinquunt. Cap. XXXXVI.

SI quis dum in labore quouis, in coquina, in Cellario, in Monaſterio, in piſtrino, in horto, in arte ali-

C *qua dum laborat, vel in quocunq; loco aliquid deliquerit, aut fregerit quidpiam, aut perdiderit, vel aliud quid exceſſerit vbi vbi, & non veniens continuò ante Abbatem vel Congregationem ipſe vltro ſatisfecerit, & prodiderit delictum ſuum, cum per alium cógnitũ fuerit, maiori ſubiaceat emendationi: ſi animę verò peccati cauſa latens fuerit, tantùm Abbati, aut ſpiritualibus ſenioribus patefaciat, qui ſciant curare ſua, & aliena vulnera non detegere, ac publicare.*

CONSTITVTIO.

D Iſcretiſſimè ſanctus Pater, ſicut ſagaciſſimus animarum Medicus, ſanciuit debere vnumquemq; ægrotum ſuam detegere infirmitatem, latens enim morbus curari non poteſt. Idcircò ſtatuerunt Patres, vt Eremitæ noſtri omnes Inſtitutionum tranſgreſſiones, defectuſq; manifeſtos in capitulo culparum coram omnibus dicant, quatenus Superior vnicuiq; vulneri congruentia adhibeat medicamenta.

De ſignificanda operis Dei hora. Cap. XLVII.

NVncianda hora operis Dei die, noctuq; ſit cura Abbati, vt aut ipſe nunciet, aut tali ſollicito fratri iniungat hanc curam, vt omnia horis competentibus compleantur.

CON-

CONSTITVTIO.

IN Superioribus conſtat hanc horarum operis diuini nunciationem ad ſacriſtam pertinere, qui tamen capax negotij huius importantiſſimi, atq; ſollicitus eligi debet. tanti enim momenti eſt Diuini operis nunciatio, vt ea iuſtis temporibus procedente, cuncta quę domi agenda ſunt proſperè ſint ſucceſſura. Qua viceuerſa variante omnia præpoſterè fiant, neceſſe eſt. In primis itaq; ad horas Canonicas ſignificandas iubent Patres in ſingulis Eremis noſtris optimam maioriq; forma longè, lateq; reſonantem campanam haberi. Quæ nihilominus vna tantum præfatæ magnitudinis erit, licèt ad alia Eremi munia (obedientias vocant) aſſignanda duę, vel plures, paruulæ videlicet, haberi poſſint. Sint quoq; in ſingulis ſacellis, in quibus celebrari ſolet, ſingula tintinnabula ad ſanctus, & ſacri myſterij eleuationem ſignanda, ſicuti vetus conſuetudo habet, ſed magis quidem neceſſarium horologium horarum videtur, quo pulſante noctis, dieiq; curſus diſtinctè cognoſcatur. Ideoq; vbi non fuerit ſtatim eſt comparandum, quo domus ſeruitia ordinatim currant.

Sequi-

Sequitur Regula.

C *Salmos autem, vel antiphonas poſt Abbatem ordine ſuo quibus iuſſum fuerit, imponant; Cantare autem, & legere non præſumat, niſi qui poteſt ipſum officium implere, ut ędificentur audientes. Quod cum humilitate, & grauitate, & tremore fiat ab eo, cui iuſſerit Abbas.*

CONSTITVTIO.

Hanc Regulę diſpoſitionem maximè obſeruandam iuſſerint Patres, ne propter inſufficientiam paucorum confuſio frequenter ſequatur, & Dei laudes cum dedecore interrumpantur, vel perturbentur. Cuius rei cura pręcipuę ſuperioribus incumbat, ad eorumque conſcientiam ſpectet.

D

De opere manuum quotidiano. Cap. XXXXVIII.

Ocioſitas inimica eſt animæ. Et ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manum, certis iterum horis in lectione Diuina. Ideoq; hac diſpoſitione credimus vtraque tempora ordinari, ideſt, ut à Paſcha vſque ad Calendas octobris mane exeuntes à Prima uſque ad horam penè quartam

tam laborent, quod neceſſarium fuerit. Ad hora autem quarta, vſque ad horam quaſi ſextam lectioni uacent. A

CONSTITVTIO.

EXactè quidem D. Benedictus ocioſitatis venenum à ſuis diſcipulis arcere videtur, dum per continuam exercitationem eius radices exſcindere tentat. Quamquam nullum aliquando Sanctum fuiſſe virum putamus, qui non laboris aſſidui laudes, ac torporis pariter odium non ſit longius proſequutus. Quorum doctrinam amplexi Prędeceſſores noſtri conſiderantes omnia, quę hic in Regula diſponuntur, propter continuas officiorum occupationes adimpleri, ſeu obſeruari non poſſe, perpetua lege ſanxerunt, ne aliquam diem, (quę uel feſto, uel caſu impedita non eſſet) ſine corporali exercitio ſucceſſores eorum tráſiret. Feſtiui autem dies ſunt, (prę- B
ter Dominicos omnes) & alios Eccleſię pręcepto uenerandos, Feſta ſanctorum Benedicti, & Romualdi, Tituli, & Cōſecrationis proprię Eccleſię Sanctę Marię, & quę generali Conſtitutione Dioceſis cuſtodiri iubentur; in quibus ſpiritualia tantùm nobis exercenda incumbunt. A die ergo Reſurrectionis Dominicæ vſque ad feſtum exaltationis Sāctę Crucis poſt ſecundam Miſſam campanulæ ſigno omnes fratres ad locum per ſuperiorem deſignatum operaturi cō current, vbi præmiſſa genibus flexis ſalutatione Angelica in propoſito opere per horam integram exercebun-

C cebuntur. Reliquo verò anni tempore,id ipſum, & eodem ordine finita ſexta fieri conſueuit. Abſoluto tandem opere,incipiente Superiore,dicitur pſalmus De Profundis pro Defunctis. Pater noſter Verſ. & ne nos Verſ. à porta inferi cum ſuis reſponſoriis, & oratione Deus venię largitor. Verum tamen cautè prouiſum nouerint omnes,Nouitios cum ſuo Magiſtro ſeorſum huiuſmodi exercitium perſoluere teneri,niſi ſuperiori aliud uiſũ fuerit.Pigri verò,ac negligentes,ſeu recuſantes venire, grauiter corripiantur. Qui ſua ſponte horam exercitii excedere voluerit, & maiorẽ diei partem in opere conſumere, (diſcretione ſeruata) non illis prohibetur. Verùm cum ad panes conficiendos Eremitæ conueniunt illa die ad aliud opus non tenentur. In qua panis confectione (ſi numerus fratrum ſufficiat) ſemper lectio adeſſe
D debet. Signum autem exercitii, & panificii erit viginti campanulæ ictus.Poſſunt præterea, immò debent,vnuſquiſque in propria Cella, vel alibi priuatim, quod tamquã laudabile permiſſum eſt, aliquod opus exercere, uelut eſt ſcribere, libros conglutinare,ſignacula, uel globulos, quibus coronæ Domini, ſeu Dominę conficiuntur,perficere. Item cockearia, ſportulas,iunceas mattas, & ſimilia. Alia uero quæcunq; ad ſecularium uſum dicata, & prophana,neutiquam licitum,ſed prohibitum expreſsè ſciant.

Sequitur Regula.

P*Oſt ſextam autem ſurgentes à menſa pauſent in lectulis ſuis cum omni ſilentio,aut fortè qui voluerit*

rit ſibi legere ſic legat, vt alium non inquietet. Agatur Nona temporiùs mediante octaua hora, & iterũ quod faciendum eſt, operentur, vſq; ad veſperam: ſi autem neceſſitas loci, aut paupertas exegerit, vt ad fruges colligendas per ſe occupentur, non contriſtentur. Quia tunc verè Monachi ſunt, ſi de labore manuum ſuarum viuunt, ſicut & Patres noſtri, & Apoſtoli. Omnia tamen menſuratè fiant propter puſillanimos. A Calendis autem octobris, vſque ad caput Quadrageſimæ, vſque ad horam ſecundam plenam lectioni vacent. Hora ſecunda agatur Tertia, & vſque ad Nonã omnes in opus ſuum laborẽt, quod eis iniungitur. Facto autem primo ſigno horæ nonæ, diſiungant ſe ab opere ſuo ſinguli, & ſint parati cum ſecundum ſignum pulſauerit. A

CONSTITVTIO.

ETenim naturale eſt homini poſt laborẽ deſiderare quietem. Ideóque æſtiuo tempore à Paſcha ſcilicet vſque ad Feſtum Exaltationis Sanctæ Crucis, propter noctis breuitatem, & Nocturni officij longitudinem, ſumpta refectione paululùm quieſcere fratres Maiores noſtri ſtatuerunt. Sacriſta igitur poſt prandium hora, & dimidia poſt dictam ſextam, vel Nonam ſolita campanula primum dormitionis ſignum dabit, quod erit ſpatij vnius Pater noſter cum ictibus quinq; ſiue à ſexta ſiue poſt Nonam refectio fiat. Finem autem eiuſdem, vel primũ ſignum Nonæ, vel primum veſperæ reſpectiuè ſi- B

C gnabit. Audito itaque ſigno, vnuſquiſq; in Cellam ſuam ſe recipiat, & in lectulo ſuo, vel ſi maluerit ſedendo per horam, & dimidiam, vel duas quieſcat, ita vt nocturna quies cũ meridiana ſeptem horarum tẽpus adimpleat. Si quis autem ſomno non eget, vel ſomnum capere non vult, is quietus per ſe in ſilentio maneat, ne ipſe alijs aliquo modo impedimento ſit. Quod probè ſeniores animaduertere debent. Qui tandem poſt Matutinum defeſſus quieſcere exoptat, conſenſum ab ipſo Priore obtineat oportet.

Sequitur Regula.

POſt refectionem autem vacent lectionibus ſuis, aut pſalmis. In Quadrageſimæ verò diebus à mane vſque ad Tertiam plenam lectioni vacent, & vſq; ad decimam plenam operentur, quod

D *eis iniungitur. In quibus diebus Quadrageſimę accipiant omnes ſingulos codices de Bibliotheca, quos per ordinem ex integro legant, qui codices in capite quadrageſimę dandi ſunt. Ante omnia ſanè deputentur vnus, aut duo ſeniores, qui circumeant Monaſterium horis quibus vacant fratres lectioni, & videant ne fortè inueniatur frater accidioſus, qui vacet otio, aut fabulis, & non ſit intentus lectioni, & non ſolũ ſibi inutilis ſit, ſed etiã alios extollat. Hic talis ſi (quod abſit) repertus fuerit, corripiatur ſemel, & ſecundò, ſi non emendauerit correctioni regulari ſubiaceat taliter, vt cęteri metum habeant. Neque frater ad fratrem iungatur horis incompetentibus. Dominico die lectioni ua-*

cent

cent omnes, exceptis his, qui varijs officijs deputati ſunt. Si quis vero ita negligens, & deſidioſus fuerit, vt non velit, aut non poſſit meditari, aut legere, iniungatur ei opus, quod faciat, vt non vacet. Fratribus Infirmis, aut delicatis talis opera, aut ars iniungatur, ut nec otioſi ſint, nec violentia laboris opprimantur, aut effugentur. Quorum imbecillitas ab Abbate conſideranda eſt. A

CONSTITVTIO.

IMpoſſibile videtur toties in die, attenta officiorum frequentiſſima occupatione, Eremitam lectioni intendere poſſe. Quo circa rem ita temperari debere Exiſtimauerunt Patres, vt per ſingulos dies vnum ſaltem Capitulum ex Biblijs, vel alterius ſacri libri, vna vice, vel pluribus, legere non omittat. Præcipientes, ne quiſquam ſacerdotum, vel Clericorum, id facere negligat, quia ſecundum ſententiam ſanctorum Doctorum, & experientia magiſtra præuia lectio multum iuuat orationem. Laici verò fratres, quæ ante Completorium publicè leguntur, diligenter attendat, & ſic nec ipſi ſine lectione manebunt. B

De Quadrageſimæ obſeruatione. Cap. XLIX.

LIcet omni tempore vita Monachi Quadrageſimæ debeat obſeruationem habere, tamen quia paucorum

C *rum eſt iſta virtus. Ideò ſuademus iſtis diebus quadra-*
geſimæ omni puritate vitam ſuam cuſtodire, omnes pa-
riter negligentias aliorum temporum his diebus ſan-
ctis diluere. Quod tunc dignè fit, ſi ab omnibus vitijs
nos temperemus, orationi cum fletibus, lectioni, &
compunctioni cordis, atq; abſtinentiæ operam demus.
Ergo his diebus augeamus nobis aliquid ad ſolitum
penſum ſeruitutis noſtræ, orationes peculiares, ciborũ,
& potus abſtinentiam, & vnuſquiſq; ſuper menſurã
ſibi indictam aliquid propria voluntate cum gaudio
Spiritus ſancti offerat Deo. Ideſt ſubtrahat corpori ſuo
de cibo, de potu, de ſommo, de loquacitate, de ſcurrilita
te, & cum ſpiritualis deſiderij gaudio ſanctum Paſcha
expectet. Hoc ipſum tamen, quod vnuſquiſque offert
Abbati ſuo ſuggerat, & cum eius fiat oratione, & vo
luntate. Quia quod ſine permiſſione Patris ſpiritualis
fit, præſumptioni deputabitur, & vanę glorię, non mer-
D *cedi. Ergo cum volũtate Abbatis omnia agenda ſunt.*

CONSTITVTIO.

SI. viris Cęnobitis tantopere expedit in Quadrageſima Regularibus inſtitutis aliquid addere, Certè nobis Eremi cultoribus neceſſarium videtur, totum integrum annum, ne dum Quadrageſimas quibuſdam piorum operum additamentis exornare. Hinc certè viſum eſt olim Inſtitutoribus noſtris hac perpetua lege cauere, vt omnis noltræ ſocietatis Eremita per totiùs anni curriculum in omnibus Ferijs ſextis ea hora, quæ cuiq; commodior viſa fue-

rit, quiſque in ſua Cella ſeipſum flagris tandiu cedat, quandiu bis pſalmum quinquageſimum pronunciãdo immorabitur: quam flagellationem, ſeu (vt apertius loquamur) diſciplinam in hebdomada maiori in memoriam paſſionis Dominicæ, triplicabimus, eam feria quarta, quinta, & ſexta faciendo. Hortantur inſuper Patres in viſceribus Ieſu Chriſti omnes filios ſuos præſentes, & futorus, quatenus in honorẽ Quadrageſimæ per omnes dies abſtinentiæ dicatos, eadẽ affici non recuſent: & qui per totum annum ipſam voluerit frequentare, ſi profeſſi exiſtunt abſq; alia licentia faciant; ſed Nouitij conſenſum Præceptoris ſui requirere debent. Et quamquam tunicellam noſtrum cilicio adęquari conſtat, nihilominus ſtatuerũt Patres, vt ſi quis ad certum tempus, vel perpetuo velit cilicio vti, ſicut multi ſanctorum Patrum fecerunt (quod maximè in Quadrageſimis fieri ſolet) cum licentia proprij Superioris tàm profeſſi, quàm Nouitij poſſint.

A

B

C

De Fratribus, qui longè ab oratorio laborant, aut in via ſunt. Cap. L.

FRatres, qui omninò longè ſunt in labore, et non poſſunt occurrere hora competẽti ad oratorium, & Abbas hoc perpendit, quia ita eſt, agant ibidem opus Dei vbi operantur cum tremore Diuino, flectentes genua; ſimiliter, qui in itinere directi ſunt nõ eos pretereant horę conſtitutę, ſed (vt poſſunt) agãt ſibi, & ſeruitutis penſum non negligant reddere.

CONSTITVTIO.

C NOtent omnes Religioſi, ex hac Patris exhortatione neminem ab officio, ſeu horis Canonicis, vel alio debito orationis ex Conſtitutione Eccleſiæ, vel ex profeſſione voti contracto, immunem fieri propter opera manualia, neque itineris labore. Semper igitur domi, vel foris noſtri Clerici Eremitæ debitum Diuini officij, ac laici orationum ſuarum integrum deuotè perſoluant.

De Fratribus, qui non ſatis longè proficiſcuntur. Cap. LI.

D *FRatres, qui pro quouis reſponſo proficiſcuntur in eadem die ſperant reuerti ad Monaſterium, non pręſumant foris manducare, etiam ſi à quouis rogentur; niſi fortè eis ab Abbate ſuo pręcipiatur. Quòd ſi aliter fecerint, excommunicentur.*

CONSTITVTIO.

ANimaduertentes pij Patres noſtri vtilitatem ex capituli huius obſeruatione multam oriri, nec ignorantes quanta ſcandala, atque abuſiones ex contraria conſuetudine ſcaturire in dies poſſint; Ea propter ſalutem animarum præcipuè Zelantes, hoc

hoc Regulæ præceptum ab omnibus Eremitis no- A
ſtris ſtrictè præcipiunt in poſterum obſeruari. Volentes inſuper eiuſdem violatores & Regulari pœna, & arbitrio Superioris puniri, mandantes eiſdem, ut tranſgreſſorem impunitum minimè relinquant.

De Oratorio Monaſterij. Cap. LII.

Oratorium hoc ſit quod dicitur, nec ibi quicquam aliud geratur, aut condatur. Expleto opere Dei, omnes cum ſummo ſilentio exeant, & agatur reuerentia Deo, vt frater, qui fortè ſibi peculiariter vult orare, non impediatur alterius improbitate. Sed ſi alter vult ſibi fortè ſecretus orare, ſimpliciter intret, & oret, non in clamoſa voce, ſed in lachrymis, & intentione cordis. Ergo qui ſimile opus non facit, non permittatur, expleto opere Dei, remorari in orato- B
rio, ſicut dictum eſt, ne alius impedimentum patiatur.

CONSTITVTIO.

Domus Dei Eccleſia eſt, quæ Domus orationis vocatur. Ideò Beatus Benedictus eam ab exercitio oratorium appellat. Cum ergo oratio ſilentium, & quietem deſideret, neceſſe eſt ab Eccleſia omnem ſtrepitum, omnemque tumultum, qui orationem non ſapiat, longè faceſſere. Verùm ſi tota Eccleſia orationis cauſa oratorium dicta eſt, Cho-

C rus, in quo Nocturnæ, diurnæque laudes decantantur, multò magis oratorium erit. Qua de cauſa ſub graui pęna inferius aſſignanda ſanxerunt Patres, in tota Eccleſia, ſed præcipuè in Choro omni tempore ſummum, & perpetuum ſilentium ſeruari. Ita quidem, ut non ſolum ibi omnis ſuperflua locutio, ſeu uociferatio prohibita intelligatur, ſed etiam omnis ſtrepitus, qui ad aures peruenire, ſeu mẽtem diſtrahere ualeat, qualis eſt ſediliũ demiſſio, ſeu eleuatio, librorum indiſcreta reuolutio, calepodiorũm frequẽtior commotio, inurbana tuſſis, immodeſta conſputatio, atque canina oſcitatio, & alia tandem quæcunque aſſiſtentium aures offendere ualeant, aut attentas ad Deum mentes inquietare. Abſtineant itaque omnes in quantum fieri poteſt ab omni re clamoſa,
D ſeu ſtrepitoſa, ac præſertim quando aliquid ſecretè dicitur, uel aliquis ſolus recitat lectionem, antiphonam, uel aliud ſimile; tum etiam in Miſſa cum Euangelium profertur, & dum Canon, & omnia, quæ ſecreto aguntur ſacerdos perſoluit. Cura ſit inſuper Sacriſtæ ne aliquis Religioſus, aut ſecularis per Eccleſiã diuagando huc, atque illuc tranſeundo ambulet, nemini item in Eccleſia, etiam ſi ſeculari (cuiuſcunque conditionis fuerit) liceat alium alloqui, ſeu alta uoce orare. Qui igitur in Choro colloquentes quacunque diei hora, ſeu noctis inuenti fuerint, illo, uel ſequenti die in pane, & aqua abſtineant. In reliquis ſupradictis defectibus diſcretioni Prioris correctio, ac pęnitentia relinquitur; qui & Regulæ diſpoſitionem, quo ad fieri poteſt, obſeruare faciet.

de

De hoſpitibus ſuſcipiendis. Cap. LIII.

OMnes peruenientes hoſpites tamquam Chriſtus ſuſcipiantur, quia ipſe dicturus eſt, Hoſpes fui, et ſuſcepiſtis me, & honor congruus omnibus exhibeatur, maximè tamen domeſticis Fidei, & Peregrinis. Vt ergo nunciatus fuerit hoſpes, occurratur ei à Priore, vel à fratribus cum omni officio charitatis, & primitus orent pariter, & ſic ſibi ſocientur in pace, quod pacis oſculum non prius offeratur niſi oratione premiſſa propter illuſiones diabolicas. In ipſa autem ſalutatione omnis exhibeatur humilitas; omnibus venientibus, ſiue diſcedentibus hoſpitibus inclinato capite, vel proſtrato omni corpore in terrà Chriſtus in eis adoretur, qui & ſuſcipitur. Suſcepti autem hoſpites ducantur ad orationem, & poſteà ſedeat cum eis Prior, aut is, cui iuſſerit ipſe. Legatur coràm hoſpite lex diuina, vt ædificetur, & poſt hęc omnis ei exhibeatur humanitas. Ieiunium à Priore frangatur propter hoſpitem, niſi fortè pręcipuus ſit dies ieiunij quod non poſſit violari. Fratres autem conſuetudines ieiuniorum proſequantur. Aquam in manibus Abbas hoſpitibus det, pedes hoſpitibus omnibus tam Abbas, quàm cuncta Cōgregatio lauet: quibus lotis hunc verſum dicāt, ſuſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio Templi tui. Pauperum autem, & Peregrinorum maximè ſuſceptio omni cura ſollicitè exhibeatur; quia in ipſis Chriſtus magis ſuſcipitur. Nam diuitum terror ipſe ſibi exigit honorem. Coquina Abbatis, & hoſpitum, per

A

B

ſe

C *ſe ſit, vt in certis horis ſuperuenientes hoſpites, qui nũquam deſunt Monaſterio, non inquietent fratres, in quam Coquinam ingrediantur duo fratres ad annum, qui ipſum officium benè impleant. Quibus (vt indigent) ſolatia adminiſtrentur, vt abſque murmuratione ſeruiant. Et iterùm quando occupationem minorem habent, exeant, vbi eis imperatur, in opera. Et non ſolum in ipſis, ſed & in omnibus officijs Monaſterij iſta ſit conſideratio, vt quãdo indigent, ſolatia accõmodentur eis, & iterum quando uacant, obediant imperanti.*

CONSTITVTIO.

D Tam ſancta, tamq; plena eſt hæc Euangelici Doctoris circa Peregrinorũ receptionẽ inſtructio, ut uix addi quicquam poſſit, nec ſine crimine aliquid auferri. Quamobrem uiſum eſt Patribus Diffinitoribus, ea ſolummodò, quæ ad amplitudinem loci, & ſeruitutis miniſterium pertinent, prouidere, deſiderantes utique, ac iubentes, quæcunque Regula docet, adimpleri. Ac proinde ſtatuerunt, hoſpitia in loco commodo tam hoſpitibus, quàm ſuſcipientibus, & ab officinis, & Eccleſia aliquantulum ſeparata fieri; quò hoſpites, maximè qui è longinquo uenerunt, iuxta formam Regulæ benignè deducantur, ac piè foueantur. Adſint ibi lectiſternia per omnia Eremitis ſimilia: ſed cum perſonæ dignitas, ſeu hoſpitis infirmitas mollioribus eguerit, ipſe Prior, pia conſideratione adhibita, eadem concedere ualebit. Iam frater ille ad hoc charitatis munus deputatus

præſcri-

præſcriptas in Regula qualitates habeat, ad quē pertinebit mēnſam parare, menſeq; prouidere neceſſaria, & ea hoſpitibus miniſtrare. Nec tantùm Dominorum neceſſitatibus, ſed etiam famulorum, iumentorumq; eorum indigentijs (ſecundum loci facultatem) benignè ſatisfaciet. Huic, ſi opus habuerit, ſocius & ipſe diligens, ac pius dabitur. Nec non illis ſacerdos, ſi adſit, qui hoſpites in Eccleſiam, perque Eremum, ut fieri ſolet deducat, atque reducat. Qui ſi deſit hoc munus primus hoſpitii præpoſitus prȩſtabit. Super omnia tamen unuſquiſque eorum in ſuo miniſterio ſagaciter attendat, ne in aliquo peregrinos offendat, ſed potius tam uerbis quam factis eos ædificare nitatur, pietatis, uirtutiſque exemplis coram ipſis ſemper inſiſtendo. Eiſdem uero Miniſtris (quia hodie, ob uarias occupationes officiorum, & rerum domeſticarum) Prior non poteſt tam manuum, quā pedum lotio incumbat. Hoc addito quod ad pedum lotionem præter uerſiculum in Regula aſſignatum inter lauandum pſalmum Miſerere, uel alios, ſiuē hymnos addant. Si quis autem hanc pedum lotionē prȩtermiſerit ſemel in pane, & aqua ieiunet. Diſcedētibus hoſpitibus itineris directio ſi aliàs ignorant negari minime debet. Caueant autem Priores ne in ſuis locis banditos, ære alieno grauatos, uel alia quacunque ex cauſa ſeculari Curiæ obnoxios, (niſi coacti fuerint) hoſpitio recipiant. Si quis uerò circa hȩc negligens fuerit tribus diebus in pane, & aqua ieiunet, & circulari diſciplina à Viſitatoribus aut Capitulo Generali plectatur.

Se-

C

Sequitur Regula.

I*Tem & Cellam hoſpitum habeat aſſignatam frater, cuius animã timor Dei poſſideat, vbi ſint lecti ſtrati ſufficienter, & domus Dei à ſapientibus ſapienter adminiſtretur. Hoſpitibus autem, cui non præcipitur, nullatenus ſocietur, neque colloquatur, ſed ſi obniauerit, aut viderit, ſalutatis humiliter (vt dictum eſt) & petita benedictione, pertranſeat dicens, ſibi non licere colloqui cum hoſpite.*

CONSTITVTIO.

D

DEbet ergo hoſpitio Præpoſitus charitate præcipuè eſſe ornatus, prudens, ſilens, atq; exemplaris uitę Magiſter, ſuper omnia autem zelo Dei plenus exiſtere, nec permittat hoſpites coram ſe blaſphemię uerba proferre, nec de proximo malè loqui.

Si debeat Monachus literas, uel Eulogia ſuſcipere. Cap. LIIII.

N*Vllatenus liceat Monacho, nec à Parentibus ſuis, nec à quoquam hominum, nec ſibi inuicem litteras, aut eulogia, uel quęlibet munuſcula accipere, aut dare, ſine pręcepto Abbatis ſui. Quòd ſi etiam à parentibus ſuis ei quicquam directum fuerit, non*

preſumat

præſumat ſuſcipere illud, niſi prius indicatum fuerit A
Abbati: quòd ſi iuſſerit ſuſcipi in Abbatis ſit poteſtate cui illud iubeat dari, & non cõtriſtetur frater cui fortè directum fuerat, vt non detur occaſio Diabolo: qui autem aliter præſumpſerit, diſciplinæ regulari ſubiacent.

CONSTITVTIO.

CVm violatio huius Capituli ſine vitio proprietatis, atq; inobedientiæ eſſe non poſſit. Ideo ſtrictè præcipiunt Patres omnia in eo contenta inuiolabiliter obſeruari tam in litteris dandis, ſeu recipiendis quàm in munuſculis hinc inde mittendis, vel in alijs quibuſcunq; rebus huiuſmodi tranſgreſſio committi poſſit, præter fructus qui inter Eremitas mutuo dari poſſunt. Quod vt facilius ſuum ſortiatur effectum, teneantur Priores B
ſubditorum litteras antequam ad eorum manus perueniant aperire, ac legere niſi fortè a Maiore, aut Viſitatoribus ſint directæ, quas ſub pœna circularis diſciplinæ aperire non poſſunt: quod & ipſi Maior, & Viſitatores inter ſe reſpectiuè obſeruabunt ſi tamen eis conſtat ab ipſis venire, Idq; facilius cognoſcetur ſi litera M. vel V. fuerit appoſita. Quod & ipſi Maior, & Viſitatores inter ſe reſpectiuè obſeruabunt. Tenentur etiam & quas ipſi ſubditi mittunt litteras legere, & claudere quas ad ſuum arbitrium dabunt, vel retinebunt. Nec permittant munuſcula aliqua dari, vel recipi niſi ipſo permittente, & qui huius conſtitutionis tranſgreſſor re-

pertus

C pertus fuerit, publicè in Capitulo culpam dicat, & ad arbitrium Superioris puniatur; ſimiliter grauiter plectatur quilibet ſubditus, qui alterius priuati literas reſerare præſumpſerit; & multo grauius puniatur, quicunq; Superiorum ſuorum literas aperuerit, Viceprioribus in Priorum abſentia exceptus, nec non qui preter Superiores ſigillo vtetur Congregationis, ſiue ipſius loci.

De Veſtimentis, vel calciamentis Fratrum, Cap. LV.

Veſtimenta fratribus ſecundum locorum qualitatem vbi habitant, vel aerum temperiem dentur, quia in frigidis D *regionibus amplius indigetur, in calidis vero minus. Hæc ergo conſideratio penes Abbatem ſit. Nos tamen in mediocribus locis ſufficere credimus Monachis ſingulis cucullam & tunicam, cucullam in hyeme villoſam, in æſtate puram, aut vetuſtam, & ſcapulare propter opera; indumenta pedum, pedules, & caligas. De quarum rerum omnium colore aut groſſitudine non cauſentur Monachi, ſed quales inueniri poſſunt in Prouincia, in qua habitant, aut quod vilius comparari poteſt. Abbas autem de menſura prouideat, vt non ſint curta ipſa veſtimenta vtentibus eis, ſed menſurata. Accipientes noua, vetera ſemper reddant in præſenti, deponenda in veſtiaria propter pauperes, Sufficit enim Monacho duas tunicas, & duas cucullas habere propter noctes, & propter lauare ipſas*

res,

res. Iam quod ſuperfuerit, ſuperfluum eſt, & amputare debet: & pedules, & quodcunq; eſt vetuſtum, reddant cum accipiunt nouum. Femoralia hi qui in uia diriguntur de veſtiario accipiant, qui reuertentes lota ibi reſtituant: & cucullæ, & tunicæ ſint aliquanto his, quas habere ſoliti ſunt meliores quas exeuntes in viam accipiant de veſtiario, & reuertentes reſtituant. ſtramenta autem lectorum ſufficiant matta ſagum, lena, & capitale: qui tamen lecti frequenter ab Abbate ſcrutandi ſunt propter opus peculiare ne inueniatur, & ſi cui inuentum fuerit quod ab Abbate non acceperit grauiſſimæ diſciplinæ ſubiaceat. & vt hoc vitium peculiare radicitus amputetur, dentur ab Abbate omnia quæ ſunt neceſſaria, id eſt cuculla, tunica, pedules, caligæ, brachile, cultellus, graphium, acus, mappula tabulæ, vt omnis auferatur neceſſitatis excuſatio. A quo tamen Abbate ſemper conſideretur illa ſententia Actuum Apoſtolorum quòd dabatur ſingulis prout cuiq; opus erat. Ita ergo & Abbas conſideret infirmitates indigentium non malum voluntatem inuidentium. In omnibus tamen iudicijs ſuis Dei retributionem cogitet.

A

B

CONSTITVTIO.

MAgna eſt diuerſitas inter Monachorum, & Eremitarum veſtimenta: vnde neceſſe erit diuerſam quoq; eſſe circa materiam hanc diſpoſitionem. Cum igitur inter neceſſaria naturę poſt alimenta merito indumenta reputentur. Debent

C bent in primis Prçlati omnes ſolliciti eſſe, ſuoſq; Cellerarios ſedulo hortari, quatenus pannorum prouiſio, & omnium, quę ad hoc neceſſaria ſunt, ſuo tempore fiat. Ita certè vt ante ſollennitatem omnium ſanctorum, vel omnino ad feſtum ſancti Martini, vnuſquiſq; veſtes quibus indiget recipiat. Iuuabit ſatis negotium iſtud, ſi de Menſe Auguſti tam Cellę quam fratres viſitentur, inquirendo, & inueſtigando, quid unicuiq; loco, & perſonę deſit, inde memoriale diligenter conficiendo. Nemo tamen Prælatis, ſiue Miniſtris, ante tempus in petendo moleſtus exiſtat, ſed patientia expectet, donec negligentia eorum manifeſta fiat; & tunc tamquam neceſſitate conſtrictus humiliter quæ ſibi deſunt imploret potius quàm pateat. Cuncti itaq;
D Eremitæ Congregationis noſtræ albi coloris amictum ſine admixtione aliqua deferre teneantur, quo per ueſtium candorem animi innocentiam foris præ ſe ferant. Attamen materia indumentorum vilis, & rudis, paruiq; prætij ſemper quærenda eſt, puta leuidenſa, quæ raſcia mulionum vulgo, ſeu ſclauonica dicitur, ex qua tunicellæ, & ſcapularia fiant ex huiuſmodi raſcia, ſeu leuidenſa vnicuiq; tunicella, & ſcapularium ſingulis annis dari ſolet, ſic vt ſubucula ad dimidium tibiarum deſcendat. Scapularium vero quatuor digitorum ſpatio altius tunica pendere oportet. Scapulario rurſus ſacerdotum, Clericorum, & Conuerſorum, cucullus circa collum conſutus erit. Tunica item ex panno rudi, & ſtricto ſingulis danda eſt, licet non quotannis, ſed quando, & quibus Prçlatus iudicabit opus

bit opus eſſe. Quæ ſi clericalis ſit, vſq; ad talos pro A
trahenda eſt, verùm Conuerſorum paulò breuior,
quod diſcretio artificis conſiderabit. His pallium additur, & ipſum indigentibus tantùm, non omnibus ſimul conferendum eſt; quod non ex panno tunicarũ quinimò ex rudiſſimo illo, villoſoq; griſo nuncupato conficiatur palmo ſuper oram tunicæ mutilatũ. Quod genus pallij eiuſdem ſcilicet formæ, ſed breuius (ita vt ad genua nunquam deſcendat) & cum capuccio acuto ab omnibus etiam per Eremum deferri poteſt tempore hyemali, & pluuioſo. Conceditur etiam volentibus tantùm (ſunt enim, qui ea non vtuntur) & alia veſtis vulgo guardacore, ex tunicarum panno qua ſubtus vtimur, ad genua vſq; deſcendens. Datur & vnicuique Biretum ex eodem panno, vel raſcia; & ſi neceſſe eſt adduntur tibialia quæ tamen paulò ſuper genua aſcendere debent. Quia femoralia nunquam induere poteſt Eremita. B
quamquam Campeſtria (vulgo mutande) negari petenti nunquam poſſint. Habeant & ſinguli vdones, ſiue pedules ex griſo, ſeu lazzo, rudiſſimo panni genere. Et cingulum ex ora panni quo ſuper ſcapulare Profeſſi, Nouitij ſubtus cingantur. Aliud nunquam cingulum alteriuſvè rei habere, vel deferre inhibitũ eſt. Calepodia lignea tecta, vel detecta ad libitum vtentis; quæ pro calceis, ac crepidis ſuccedunt quoties opus erit; donentur. Sic etiam vnicuíque par calceorũ qui more Monaſtico facti non nimis alti ſint, atque galeros abbos Eremitas habere poſſe cenſeantur. De his omnibus tandem ſingulis diligenter prouideri voluerunt Patres, ſtrictè vtique prohibentes,

C ne chirotetas, ocreas, vel aliquod aliud veſtium genus,ſeu indumentum induere; ſiue geſtare audeant Eremitæ.Mandantes inſuper (quod Regula dictat) vt nouis veſtibus receptis, illicò vetera Diſpenſatori reſtituantur.Hoc nihilominus ſemper benignè conceſſo, vt propter munditiam corporis duas ſubuculas, duas tunicas nouam videlicet, & ueterem, duo ſimiliter ſcapularia cũ duobus biretis licitè retineant, aliud autem duplicatum nihil habere poſſint.Ex eiſdem panno, & raſcia induantur oblati ſed more ſecularium pallio cum capucio acuto honeſtate,& ſimplicitate Religioſa vbique ſeruata. Peritum ergò in arte ſartoria eſſe oportet eum,cui hoc munus delegatur, in cuius miniſterium nemo ſe intromittat; qui diligenter in primis ſupradicta omnia legere, & attē-
D dere debet,& poſtea ad unguem obſeruare. In ſcindendis veſtibus iuſta menſura vtatur, & in dandis æqualitatem, neminem contriſtando: quod ſi non fecerit per Priorem, aut eo negligente per Viſitatores grauiter corripiatur,atque puniatur:& quæ in veſtibus emendatione egent, ſine mora emendentur, inque debitam formam reducantur.

De Menſa Abbatis Cap. LVI.

MEnſa Abbatis cum hoſpitibus, & Peregrinis ſit ſemper. Quoties tamen minus ſunt hoſpites, quos vult de fratribus vocare in ipſius ſit poteſtate; ſeniorum unum tamen, aut duos, ſemper cum fratribus dimittendos procuret propter diſciplinam.

CONSTITVTIO.

QVoniam apud nos neque Priores, neq; A etiã Maior totius Cõgregationis propriam Menſam habent, ſed una, & eadem eſt illis cum minimis ciborũ portio, ſolique ſicut cæteri omnes, in priuata Cella manducant, Ideò quæ hic iubet Sanctiſſimus Pater, nec obſeruare poſſunt, nec debent; cum penitus ritui Eremitico contraria exiſtant. Minus etiã cum Peregrinis hoſpitibuſvé eſſe conuenit menſam Prelatorum noſtrorum, cum hodie frequentia aduentantium vix dinumerari queat, ac rarò tumultu careat menſa eorum. Quamobrem in proprijs receſſibus ſolos, atque quietos manere Præpoſitos noſtros Diffinitorum Corona decreuit niſi hoſpes Prælatus, Religioſus, aut vir inſignis fuerit; tunc enim cum illis in hoſpitio poterunt manducare, charitatis, ac reuerentiæ cauſa. B

De Artificibus Monaſterij. Cap. LVII.

ARtifices, ſi ſunt in Monaſterio cum omni humilitate, & reuerentia faciant ipſas artes, ſi tamen iuſſerit Abbas. Quòd ſi aliquis ex eis extollitur pro ſcientia artis ſuæ, eo quòd videatur aliquid conferre Monaſterio, hic talis euellatur ab ipſa arte, & denuò per eam non tranſeat niſi fortè humiliato ei iterum Abbas iubeat. Si quid verò ex operibus artifi-

C *cum nenundandum eſt, videāt ipſi per quorum manus tranſigenda ſunt, ne aliquam fraudem præſumant in ferre. Memorentur Ananiæ, & Saphiræ, ne fortè mortem, quam illi in corpore pertulerunt hanc iſti, vel omnes, qui aliquam fraudem de rebus Monaſterij fecerit in anima patiantur. In ipſis autem pretijs non ſubrepat auaritiæ malum; ſed ſemper aliquantulum vilius detur quàm ab alijs ſecularibus datur, vt in omnibus glorificetur Deus.*

CONSTITVTIO.

DIgna vtiq; tāto Magiſtro doctrina iſta, quæ ſine permiſſu Prelati aliquid fieri vetat, elationis plagam, fraudis venenum, auaritiæ peſtem è Monaſterio expellens: Quas ob cauſa in omnibus
D locis, & ab omnibus Eremitis noſtris eam ſeruari ſtatuerunt Patres; addentes, vt quicquid frater per quācunq; artem, manuumvè laborem, ſiue induſtriam perfecerit ſtatim Superiori, aut de eius mandato Cellerario in communem Diſpenſam deferat. Nec tandem quicquam prorſus eorum, quæ fecerit, ſiue coclearia ſint, ſiuè ſportulę, ſiue Roſaria, aut aliud quocunque nomine vocetur, nihil unquam niſi iubente Prelato alicui dare, ſed nec promittere quidem quanto minus vendere audeat. Qui verò aliter fecerit grauiter pro qualitate culpæ Superioris arbitrio puniatur.

De

De Diſciplina Suſcipiendorum Fratrum. Cap. LVIII.

Z Ouiter ueniat ſi quis ad conuerſionem, non ei facilis tribuatur ingreſſus, ſed ſicut ait Apoſtolus, probentur ſpiritus ſi ex Deo ſunt. Ergo ſi veniens perſeuerauerit pulſans, & illatas ſibi iniurias, & difficultatem ingreſſus poſt quatuor, aut quinque dies viſus fuerit patienter portare, & perſiſtere petitioni ſuæ, annuatur ei ingreſſus, & ſit in Cella hoſpitū paucis diebus; poſtea autem ſit in Cella Nouitiorum vbi meditetur, & manducet, & dormiat. A

CONSTITVTIO.

AD hanc conſideratioṇē, probationḗvē, quam in recipiendis Nouitiis hic Pater ſanctus requirit, multa ſunt hodie attendenda, quorum primum ſit ætas. B Nam voluerunt Patres, minores viginti annorum, aſpectuque puerili, aut maiores quadraginta quinque, ad Eremiticam vitam, tamquam inſufficientes, ac debiles recipi non poſſe; licèt in maioribus per Capitulum generale vſque ad quinquageſimum diſpenſari poſſit. Quæ ętatis ratio, & in oblatis habenda eſt. Secundo loco attendi debent defectus, & qualitates impedimentorum, quæ in cōſtitutione Syxti Papæ Quinti ſuper hoc lata contenta ſunt ſecundum moderationem Gregorii Decimi

C Quarti, qua criminoſi, atque ęre alieno grauati, vel ratiociniis obligati recipi non poſſunt: quibus addendi ſunt homicidæ, hęreſeos ſuſpecti, matrimonio quoquomodo obligati, & manifeſtę infamię notati, qui A penitus excludendi ſunt. Poſtremo Religioſis viris alterius Congregationis, niſi pręuia informatione de eorum moribus, & uita, & plenè de licentia à Superioribus ſuis petita (licèt non obtenta) conſtet, huc ingreſſus non datur. Quo in facto prudenter, ac cunctanter agendum erit, ita ut Capitulo generali, & infra annum Maiori, & Viſitatoribus eos recipiendi litteris reſeruata auctoritas. Ceſſantibus igitur impedimentis, conuocentur ſimul in unum Reuerendi Patres Maior, & Prior ipſius loci, nec nō Viſitatores, & Magiſter Nouitiorum, ſeu maior pars eorum in abſentia aliorum, ita ut minoris partis abſentia nihil obſtet receptioni: in aliis uerò locis in quibus Maior non reſidet conuocentur eodem modo Prior loci cū D duobus Sacerdotibus ad hoc per Capitulum Conuētuale electis, coram quibus conſtitutus Nouitius diligenter de ſufficientia litterarū ſi in Clericorum ordinem aſſumendus eſt Nouitius, inquiri debet. Ad quē gradum nemo penitus admittatur niſi idoneus reperiatur. Hi uerò qui in Conuerſorū Claſſem aſciſci debent, & ipſi de ingenii uigore, de induſtria, de uiribus corporis, ſed magis omnium de ſpiritu, quem gerunt an ex Deo ſit (ut Regula meminit) uel ex diabolo. An ipſe qui uenit deuotione actus mundum relinquat, ſeu potius aliqua neceſſitas eum de mundo expellat. Interrogetur de articulis fidei, ſi opiniones ſuſpectas hęreſeos habeat, ſeu Eccleſiæ contra-

ria,

ria, ſi cum hæreticis ſit conuerſatus. Item ſi aliquem A
ordinem ſacrum ſuſceperit. Si uotum Religionis, uel
peregrinationis, ſeu aliud fecerit, quo genere vitæ,
qua arte, ſeu induſtria in ſęculo vixerit, ſi deuotionē
gerat, an ſit obedire, & pati paratus. Item prudenter
interrogetur, ſi fortè aliquam ſecretam infirmitatē
patiatur, ſi liber ſit, vel ſeruus, ſi ære onuſtus alieno,
ſi parentes, filios, ſorores, ſiue alias perſonas ſua indu
ſtria, atque præſentia egentes domi relinquat, ſi tan-
dem Religioſus alterius Religionis Nouitius, vel Pro
feſſus tacitè, vel expreſsè antea fuerit; Et tandem ſi
aliquod impedimentum habeat. Manifeſtentur ei
difficultates, ac labores quos, in Religione paſſurus
eſt. Verum tamen ſi ita examinatus idoneus, liber, &
conſtans inuentus fuerit, & ab ipſis Patribus ſic ex-
titerit approbatus tunc conuocato Conuentuali Ca- C
pitulo calculis de more iactis, ſi maiorē partem obti
nuerit recipiatur, & habitatio ei aſſignetur, atque à B
Magiſtro Nouitiorum diligenter inſtruatur: ſin au-
tem honeſte dimittatur. Semel verò receptus, vel à
generali, vel à Conuentuali Capitulo tantùm, non à
quouis Prælato reijci poteſt. Super hoc ſtatuerunt
Patres, vt prima iſta acceptio, nòn ſtatim ad habitum
ſuſcipiendum facta intelligatur, ſed ad probationem
quadraginta dierum: quibus elapſis, tunc noua Capi-
tuli approbatione habitus ei concedatur. Attamen
prædicta quadragenaria probatione durante, Noui-
tius antequam propria veſte exuatur, & heremitico
habitu induatur, Pater Sanctus monet, Regulam hâc
cum conſtitutione vt ipſe diligenter legat, ac certè ſi
litteras neſcit ab alio ei legatur, aliâs ſummatim eius

C ſubſtantia ei narretur. Qui accuratè attendere cu-
ret quid ſibi in eo gradu, in quem admiſſus eſt face-
re, atque adimplere incumbat, & dura, quę ſuſtinere
debeat iterum ei replicentur ne amplius ignorantiã
allegare valeat. Nec ignorare fas eſt ſe in eo ſtatu,
ſeu gradu, ad quem ſemel aſſumitur perpetuò eſſe
manſurum, aut ſaltem ad altiorem nunquam ſibi a-
ſcenſum eſſe futurum, quamquam ad inferiorem de
ſcendi (quale eſt è Clerico Conuerſum fieri) ple-
na reſeruetur capitulo diſpenſandi auctoritas. Præte
rea ante habitus ſuſceptionem Nouitius generalem
Confeſſionem cum ſuo Magiſtro non minus humi-
liter, quàm diligenter faciat. Quibus omnibus, & ſin
gulis fęliciter cum Dei adiutorio expeditis noua Ca
pituli approbatione præmiſſa habitus ei more ſolito
D tradatur. Atqui oblatus quocunque tempore, & in
quacunque Eremo cum licentia Maioris, & viſitato
rum per Conuentuale Capitulum recipi conſuetũ
eſt. Animaduertendũ autem, quòd in eorũ acceptio
ne & informatio de moribus, ac uita haberi prius,
& examen de ſanitate corporis, & viribus, nec non ſi
aliqua obſtacula iuſint, præmitti debet. Ipſi verò me
diante inſtrumento ſe Deo offerent, & gratis Reli-
gioni ſuruire promittent. Et caſu quo diſcedere, &
Religionem deſerere vellent, omni ſalario, ac remu-
nerationi laborum ſuorum cum iuramento renun-
ciabunt. Sed ſi aliqua bona in ingreſſu Congregatio
ni dederũt mobilia, ſiue immobilia, ſiue pecuniæ nu-
meratæ extiterunt: ſimpliciter ſineque aliquo fructũ
decurſi temporis, illis diſcedentibus reſtituẽda ſunt.
oblatus itaq; in Congregatione more prædicto re-
ceptus,

ceptus, tamdiù, & ipſe ſub præceptore ſit donec mo A
res religioſos, & quę ad ſalutem animæ omni fideli
neceſſaria ſunt, vt melius poterit, addiſcat.

Sequitur Regula.

ET *ſenior ei talis deputetur, qui aptus ſit ad lucrandas animas, qui ſuper eũ omninò curioſe intendat, & ſollicitus ſit ſi uerè Deum quęrit, & ſi ſollicitus eſt ad opus Dei, ad obedientiam, ad opprobria.*

CONSTITVTIO.

QValem eſſe oporteat iſtorum nouorũ hominum moderatorem paucis ver B bis pleniſſimè D. Benedictus diſſeruit. Quod ſanctum documentum adimplere dum affectant Patres ordinauerunt eundem moderatorem à Capitulo Generali in loco vbi celebratur, vel in Capitulis Conuentualibus aliorum locorum, in quibus acceptio Nouitiorum exerceri ſolet, eligi poſſe, vel debere. Quem vtique non nouum ipſum volunt, ſed veteranum, atque nõ tam ætate quàm moribus, & ſcientia ſenem, in inceſſu, & omnibus actibus ſuis exemplarem, Diuiniq; ſilentij amatorem, atq; in Religione ſaltem per quadriẽnium verſatum, niſi aliter à Capitulo Generali ordinatum fuerit iuſtis de cauſis, & ſic alios docere peritum. Attendat is ſemper diſcipulos ſuos ad perfectionem ſpiritualem promoue

re,

C re, eorum naturales affectus, & corruptas conſuetudines cum charitate, ac pia affectione crebris monitionibus retundere, mortificare, radicituſque aſſiduis correptionibus euellere. Nec non vitiorum loco humilitatem, obedientiam, & alias morales virtutes in eis plantare. Inſtruat deinde eos in his, quæ ad Diuinum cultum pertinent, tum in horis Canonicis ritè ſecundumq; regulas Breuiarij perſoluendis, tum in ſolitis ceremonijs, cũ humili geſtu, modeſtia, & ſollicitudine, deuotioneq; obſeruandis, tùm etiam in ſolitudine Cellæ, in oris cuſtodia, viſus modeſtia ſtrenuè retinendis; & in reliquis omnibus, in quibus internus, externuſq; veri Religioſi ornatus conſiſtit. Pręterea ad minus ſemel in die eos, & Cellas eorum viſitabit, & cum ſibi viſum fuerit ſcrutabitur; eis ne-
D ceſſaria præbens, & curam animarum eorũ ſollicitè gerens, atque ſæpè aliquo exercitio ſpirituali eos paſcens. Poſt Completorium tandem, conuocatis illis in Capitulo culparum eorum culpis (prout ipſi eas de omnibus defectibus illa die commiſſis dicere tenentur) prius auditis, pęnitentijſq; iniunctis neceſſaria admonitio nuncula præmiſſa, eos benedicet; dicens Benedictio Dei Patris omnipotentis, &c. Meminerit autem perpetuò Nouitiorum Magiſter, tales omnino ſuos Diſcipulos futuros vſque ad mortem, quales ipſe ſuis inſtructionibus, & exemplis tempore probationis effecerit. Nec dubitare debet ſe à Deo copioſam mercedem laborum ſuorum eſſe reportaturum.

Sequitur

A

Sequitur Regula.

PRadicentur ei dura, & aſpera, per quæ itur ad Deum, & ſi promiſerit de ſtabilitatis ſuæ perſeuerantia poſt duorũ menſium circulum legatur ei hæc Regula pro ordinem, & dicatur ei. Ecce lex, ſub qua militare uis, ſi potes obſeruare ingredere, ſi verò non potes liber diſcede; Si adhuc ſteterit, tunc ducatur in ſupradictam Cellam Nouitiorum, & iterũ probetur in omni patientia. Et poſt ſex menſium circulũ relegatur ei Regula, vt ſciat ad quid ingreditur; Et ſi adhuc ſtat, poſt quatuor menſes iterum relegatur ei eadem Regula. & ſi habita ſecum deliberatione promiſerit ſe omnia cuſtodire, & cuncta imperata ſeruare; tunc ſuſcipiatur in Congregatione, ſciens ſe ſub lege Regulæ conſtitutum; quod ei ex illa die non liceat egredi de Monaſterio, nec collum excutere de ſub iugo Regulæ, quam ſub tam moroſa deliberatione licuit recuſare, aut ſuſcipere. Suſceptus autem in oratorio corã omnibus promittat de ſtabilitate ſua, & conuerſione morum ſuorum, & obedientia coram Deo, & ſanctis eius, vt ſi aliquando aliter fecerit, ab eo ſe damnandũ ſciat, quem irridet. De qua promiſſione ſua faciat petitionem ad nomen Sanctorum, quorum reliquię ibi ſunt, & Abbatis preſentis. Quam petitionem manu ſua ſcribat, aut certè ſi non ſcit litteras, alter ab eo rogatus ſcribat, & ille Nouitius Signum faciat, & manu ſua eam ſuper Altare ponat. Quam cum poſuerit incipiat ipſe Nouitius mox hunc verſum. Suſcipe B

me

C *me Domine ſecundum eloquium tuum, & viuam, & non confundas me ab expectatione mea. Quem verſum omnis Congregatio tertiò reſpondeat adiungentes Gloria Patri, &c. Tunc ipſe frater Nouitius proſternatur ſingulorum pedibus, vt orent pro eo, & iam ex illa hora in Congregatione reputetur.*

CONSTITVTIO.

POſtquam per annum Varijs exercitijs, ac correctionibus probatus eſt Nouitius, & in ſuo gradu probè exercitatus, tunc iterum legat, aut legatur ei Regula, & Conſtitutiones, vt ſupradictum eſt, quo plenius deliberare valeat, velit ne
D diſcedere, an perſeuerare. Quòd ſi interrogatus conſtans inuẽtus fuerit, ſi Capitulũ audito ab ipſo Magiſtro, & alijs de eius moribus in Religione progreſſu, diſcuſſione facta eum tamquam idoneum, ac benemeritum ad profeſſionem admiſerit, præmiſſa iterũ confeſſione generali ſaltem illius anni profiteatur ſecundum formam, quæ ſequitur.

Forma Profeſſionis.

EGo frater N. promitto ſtabilitatem meã in hac Congregatione Eremitarum Sãcti Romualdi ordinis Camaldulenſis, & morum meorum conuerſionẽ, paupertatem, Caſtitatem, atq; obedientiã ſecundum Regulam Sancti Patris noſtri Benedicti,

&

& Conſtitutiones dictæ Congregationis ante conſpectum Dei altiſſimi, & omnium ſanctorum eius, & ſpecialiter eorum, quorum reliquiæ hic, ſeu in hac Eccleſia habentur, & in præſentia R.P.F. N. & aliorum fratrum, qui hic præſentes inueniuntur. Die. Menſis. Anni, &c. A

Sequitur Regula.

Res ſi quas habet, aut eroget prius pauperibus, aut facta ſolenniter donatione conferat Monſterio, nihil ſibi reſeruans ex omnibus, quippè qui ex illo die, nec proprij corporis poteſtatem ſe habiturum ſciat. Mox ergò in oratorio exuatur rebus proprijs, quibus veſtitus eſt, & induatur rebus Monaſterij. Illa autem veſtimenta, quibus exutus eſt reponantur in veſtiario conſeruanda, vt ſi aliquando ſuadente Diabolo conſenſerit, vt egrediatur de Monaſterio (quod abſit) tunc exutus rebus Monaſterij proijciatur: Illam tamen petitionem, quam deſuper Altare Abbas tulit non recipiat, ſed in Monaſterio reſeruetur.] B

CONSTITVTIO.

VT hæc Regulę diſpoſitio ſincerius effectum ſortiatur ſanxerunt Patres quatenus & veſtes, & pecuniæ, & quęcũque ſecum veniens attulit Nouitius, illico ſuſcepto Religionis habitu, penes Cellerarium in cuſtodiam, & conſeruationem

C nem deponantur. Quæ res nullo modo ante eius profeſſionem neque à Superioribus, neque à Cellerario, neque ab ipſo etiam Nouitio, vel eius iuſſu, ab ipſa diſpenſa extrahi, nec diſtrahi debent quocunq; nomine, vel prætextu venditi, vel commodati, nec eleemoſinæ quidem. Sed ipſe Nouitius ante profesſionem de rebus ſuis plenè ac liberè diſponat, dando, admittendo cui voluerit, & quo voluerit. Nec ab eo quiſquam pro ſe, vel pro alijs petere audeat quicquam ſub pœna circularis diſciplinæ: quam etiam incurret, qui petere ſuggeſſerit, vel ante profeſſionem aliquid de eius rebus diſpoſuerit. Attamen ſi ipſe de rebus ſuis diſponere recuſauerit, aut certè noluerit, eq caſu quęcunq; ex eius ſpolijs remanent; nec non quotidianę eleemoſinę in bonum Eccleſiæ ornamenta, ſcilicet Altariũ, & Sacrarij cedant, & conuertantur. Quę omnia ſi
D quis ad alium vſum conuerterit, ter in pane & aqua ieiunet. Si autem aliquis Nouitius inuentus fuerit mendax circa ſua propalanda impedimenta, & negotium alicuius extiterit importantię ante profesſionem expellatur; at ſi poſt profeſſionem detegatur & grauiter puniatur; & ſi profeſſio eſſet nulla denuo ratificetur ſi fieri poteſt, ſin minus, expellatur.

De filijs Nobilium, vel pauperum qui offeruntur. Cap. LIX.

SI quis fortè de Nobilibus offert filium ſuum Deo in Monaſterio, ſi ipſe puer minori ætate eſt, parentes eius faciant petitionem quam ſupradiximus, &

& cum oblatione ipſam petitionem, & manum pueri inuoluant in palla altaris, & ſic eum offerant. De rebus autem ſuis aut in preſenti petitione promittant ſub iureiurando, quia nunquam per ſe, nunquam per ſuſpectam perſonam, nec quolibet modo ei aliquando aliquid dent, aut tribuant occaſionem habendi. Vel certè ſi hoc facere noluerint, & aliquid offerre voluerint in eleemoſinam Monaſterio pro mercede ſua, faciant ex rebus quas dare volunt Monaſterio donationem, reſeruato ſibi (ſi ita voluerint) vſufructu. Atq; ita omnia obſtruantur, vt nulla ſuſpitio remaneat puero per quam deceptus perire poſſit (quod abſit) quod experimento didicimus. ſimiliter autem & pauperiores faciant. Qui verò ex toto nihil habent, ſimpliciter petitionem faciant, & cum oblatione offerant filium ſuum coram teſtibus. A B

CONSTITVTIO.

CVm dictum ſit ſupra præcedenti capite, ſolum maiores viginti annorum in noſtra Congregatione recipi poſſe non eſt, quòd hic de impuberibus minoribuſuè ſuperuacuè diſputemus.

De Sacerdotibus, qui voluerint in Monaſterio habitare. Cap, LX.

SI quis de ordine Sacerdotum in Monaſterio ſe ſuſcipi rogauerit, non ei quidem citius aſſentiatur. Tamen ſi omninò perſtiterit in hac ſupplicatione, ſciat

ſe

C *ſe omnem Regulę diſciplinam ſeruaturum, nec aliquid ei relaxabitur vt ſit ſicut ſcriptum eſt. Amice ad quid veniſti? Concedatur ei tamen poſt Abbatem ſtare, & benedicere, aut Miſſas canere ſi tamen iuſſerit ei Abbas, ſin aliàs nullatenus aliqua præſumat, ſciens ſe diſciplinę regulari ſubditum, & magis humilitatis exempla omnibus det. Si fortè ordinationis, aut alicuius rei cauſa fuerit in Monaſterio, illum locum attendat quando ingreſſus eſt Monaſterium, non illum qui ei pro reuerentia Sacerdotij conceſſus eſt. Clericorum autem ſi quis eodem deſiderio monaſterio ſociari voluerit, loco mediocri collocetur & ipſe tamen, ſi promittit de obſeruatione Regulæ, vel propria ſtabilitate.*

CONSTITVTIO.

D SAcerdotes ad nos animo perſeuerandi in Congregatione venientes, ſimul atq; habitum Eremiticum receperunt ſuper omnes Clericos, ſub tamen omnes Sacerdotes non ſolum profeſſos, ſed etiam Nouitios collocantur. At Clerici cuiuſcunq; gradus, licèt Diaconi exiſtant, poſt habitus ſuſceptionem nullam ex hoc præcedendi auctoritatem acquirunt. Sed donec Sacerdotes fiant, inferiorem locum retinent. Qua de re infra ſuo loco latius tractabitur. Pręterea Præsbyteri illi, qui deuotionis, vel alterius rei cauſa Eremos noſtras inuiſunt, dum ibi commorantur, ſi Epiſcopi, & Superiores Prælati ſint, in omni loco præcedant Priores. Reliqui Præsbyteri, qui aliqua dignitate Eccleſiaſtica

ſcientiæ,vel nobilitatis pollent,Superioribus vtiq; ce- A
dere ſolent,reliquis omnibus præire. Id ipſum in Religioſis viris hoſpitibus obſeruari ſolet. Demum hæc hoſpitum,& inſignium perſonarum promotio abſolutè ex Superioris arbitrio dependet.

De Monachis Peregrinis qualiter ſuſcipiantur. Cad. LXI.

SI quis Monachus peregrinus de longinquis Prouincijs ſuperuenerit; Si pro hoſpite voluerit habitare in Monaſterio,& contentus fuerit conſuetudine loci quam inuenerit, & non fortè ſuperfluitate ſua perturbet Monaſterium,ſed ſimpliciter cõtentus eſt quod inuenerit, ſuſcipiatur quanto tempore cupit. ſi qua ſanè rationabiliter, & cum humilitate charitatis reprehendit,aut oſtẽdit,tractet Abbas prudenter,ne forte eum propter hoc ipſum Dominus direxerit. Si verò poſtea voluerit ſtabilitatem ſuam firmare,non renuatur talis voluntas,& maximè,quia tempore hoſpitalitatis potuit eius vita dignoſci. Quod ſi ſuperfluus,aut vitioſus inuentus fuerit tempore hoſpitalitatis,non ſolum non debet ſociari corpori Monaſterij, verùm etiã dicatur ei honeſtè,vt diſcedat, ne eius miſeria etiam alij vitientur. Quòd ſi non fuerit talis, qui mereatur proijci,non ſolum ſi petierit ſuſcipiatur Congregationi ſociandus,verùm etiam ſuadeatur, vt ſtet, vt eius exemplo alij erudiantur, & quia in omni loco vni Domino ſeruitur,vni Regi militatur. Quem ſi etiã talem perſpexerit Abbas, liceat eum in Superiori ali- B

C *quantum conſtituere loco. Non ſolum autem Monachum, ſed etiam de ſupradictis gradibus ſacerdotum, vel Clericorum ſtabilire poteſt Abbas in maiori, quā ingreditur loco, ſi eius talem proſpexerit eſſe vitam. Caueat autem Abbas, ne aliquando de alio noto Monaſterio Monachum ad habitandum ſuſcipiat ſine conſenſu Abbatis eius, aut litteris commendatitijs, quia ſcriptum eſt, quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris.*

CONSTITVTIO.

NOn ſine difficultate alterius Religionis viri in ſocietatem noſtram recipiuntur ſicut paulò ante de omnibus circunſtātijs ad hoc requiſitis plenius dictū eſt, Ideò hic repetere ſuperfluum videtur. Attamē id quod Regula iubet, nempè vt quanto tē-
D pore cupiunt ſuſcipiantur, hodie locum habere non poteſt. Quia eadem Conſtitutio, quæ eos vti cæteros hoſpites cum magna charitate tractari præcipit, poſt triduum inde recedere mandat. Ne ſcilicèt ipſi in hoſpitio otioſi deliteſcant, & domus abſque cauſa expenſis grauetur.

De Sacerdotibus Monaſterij. Cap. LXII.

SI quis Abbas ſibi Præsbiterum, vel Diaconum ordinare petierit, de ſuis eligat, qui dignus ſit ſacerdotio fungi: ordinatus autem caueat elationem, aut ſuperbiā; nec quicquā præſumat, niſi quod ei ab Abbate præcipitur, ſciens ſe multò magis diſciplinæ Regulari

ri ſubditum. Nec occaſione ſacerdotij obliſcatur Regulæ obedientiam, & diſciplinam, ſed magis, ac magis in Deum proficiat: locum verò illum ſemper attēdat quo ingreſſus eſt Monaſterium præter officium Altaris, & ſi fortè electio Congregationis, & volantas Abbatis pro vitæ merito eum promouere voluerit, qui tamen Regulam à Decanis, vel à Prępoſitis conſtitutam ſibi ſeruandum ſciat. Quòd ſi aliter præſumpſerit, non ut ſacerdos, ſed ut rebellis iudicetur, & ſępè admonitus ſi non correxerit, etiam Epiſcopus adhibeatur in teſtimonium. Quod ſi nec ſe emendauerit, clareſcentibus culpis proijciatur de Monaſterio, ſi tamen talis fuerit eius contumacia, vt ſubdi aut obedire Regulę nolit. A

CONSTITVTIO.

MAgna quidem ſacerdotij dignitas, & multa in eo, qui ſacerdotio fungi deſiderat, requiruntur. Quare ne quis temerè ad tentatam rem aſſumatur, ſanxerunt Patres, vt Clericos ad ſacros ordines promouendi penes Diffinitores generalis Capituli ſemper illibata maneret auctoritas. Qui antequàm aliquem promoueant, diligenter ſe informent à Patribus Viſitatoribus, an habeat requiſita. Decretum eſt enim, vt ipſi Viſitatores in actu viſitationis vnà cum Priore loci diligenter perquirant an Iuuenis, qui ordinandus eſt, litterarum ſufficientiam habeat, ſcrutentur deinde mores, ac præcipuè, humilitas ne, an verò ſuperba elatio in eo potius regnet. Tum de ętate quæſtio fiat, ita ut nullus ad Præ- B

C ſbyteratum ante quintum profeſſionis annum promoueatur, quamquam in quinquennio profeſſionis, ſi perſonæ qualitas digna iudicatur, per eoſdem Patres Diffinitores diſpenſari poſſit. Nec denique deſint in actu ordinationis quæ in Concilio Tridentino ſeſſ. 23. requiſita leguntur. Quale eſt illud, vt in ſingulis gradibus, antequam eos ſuſcipiant, diligenter inſtruantur ordinandi. Ille tandem, qui iam ſacerdos factus eſt, antequã ad Altare ſacrificaturus accedat, tàm ceremonias, & ritus celebrandi, quàm caſus, qui in celebratione facilè occurrere poſſunt, cum eorum remedijs ab aliquo perito ſacerdotę addiſcãt. Si quis autem temerario auſu aliquem fecerit promoueri, tribus circularibus diſciplinis à Conuentu plectatur, ſi fuerit ſubditus: ſi verò Prælatus, à Capitulo Generali. Et taliter promotus degradatus maneat ſemper ſub omnibus aliis ordinatis. Curent autem Patres ſub iuſta pęna, vt admiſſi Clerici à Capitulo Generali ad ordines, ſuis temporibus ordinentur. Qui ſe ipſum promoueri fecerit abſq; Prælati ſui licentia, quãuis à Generali Capitulo fuerit ad talem ordinem habilitatus, vltra prædictas diſciplinas ſuſpendatur etiã à ſuſcepti ordinis adminiſtratione. Prætere a matura conſideratione Patres ſtatuerunt, ne in locis noſtris ſtudium litterarum exerceatur; tùm quia in ordine Clericorum non niſi homines adulti, & perfectę ętatis, nempè viginti annorum, ijque latinæ linguæ, aut certè grammaticę periti recipiuntur; tum quia per tale exercitium ſilentium deſtruitur. Eremitica enim vita non multa ſcientia, ſed multa deuòtione, ac feruore indiget, cum eius finis ſit viam ſpiritus ſequi, &

mente

mente cum Deo in Cellis perpetuò habitare. Nihilominus qui ſua capacitate,ingenijque vigore per ſe, vel aliquo adiuuante, atque librorum auxilio,aliquid ſcientiæ acquirere voluerit,laudant Patres conatum, A talesque ne deficiant hortantur,admonentes Priores ne illis impedimentum pręſtent, quin potius eos in quantum poſſunt adiuuando ſtimulent. Quæ in ſuis viſitationibus Patres Viſitatores examinare, & prouidere tenentur. Laici verò fratres deuotis tractatibus vulgaribus, quibus hodie mundus abundat,contenti ſint. Caueant tamen,ne propter lectionem ad obedientiam negligentiores reddantur. Ea propter ſtatuerunt Patres,vt nullus laicorum habere pluſquã duo volumina poſſit, & officium paruum Beatæ Mariæ Virginis,ſub pęna priuationis omnium librorũ, & vnius diſciplinæ circularis,quam etiam incurrat ille,qui neſciens litteras eas diſcere tẽtauerit, & is qui B eum docuerit.Superior autem qui hanc ordinationẽ violare permiſerit,ſimili diſciplina à viſitatoribus,vel à Capitulo Generali plectatur. Et quia Paulus Tertius Pontifex Maximus inter cętera plenam cõcedit Eremitis noſtris concionandi facultatem,attamen cũ talis Exercitatio valdè ſit ſolitarię vitæ aduerſa, cui plusconuenit pęnitẽtiæ actibus inhęrere, & piis exẽplis proximum ædificare, & adiuuare continuis orationibus,quàm verbis (quòd raro ſine aliqua elatione fit) ſe Populis oſtentare,maximè quia hodie Dei beneficio prædicationis ſanctę Miniſtri vbiq; terrarum abundant. Ea propter nulli Eremitarum libera erit concionandi facultas. Verùm cum uix in noſtra Congregatione deſint viri Idonei ad prędicationis

C officium. Ideò ſi quando aliquis eo ſpiritus feruore
ſcientiaque litterarum pollere dignoſcatur, vt inde
aliquem fructum Eccleſiæ ſanctæ prouenturum ſpe-
rari poſſit. Tunc ipſi Patres Diffinitores in Capitulo,
& intra annum Maior cum Viſitatoribus eidem præ-
dicandi facultatem impartire poterint. Quod cer-
tè exemplo non caret, cum multos ſanctorum Pa-
trum id ipſum feciſſe olim non ignoretur: quales fue
runt Antonius Benedictus, Romualdus, atq; Bernar-
dus, ſed cum omnibus his præcipuè noſtris tempori-
bus valdè cauendum eſt, ne cuiquam aliquando ſub
prætextu addiſcendi, vel concionandi libros propha-
nos prohibitos, vel etiam ſuſpectos habere vel lege-
re permittatur. Omnes ergò Eremitæ noſtri, relictis
humanis, ſeu prophanis ſtudiis, ſacris potius lectioni
D bus, meditationibus, orationi, ac doctrinæ ſpirituali,
atque aſſiduæ compunctioni, quæ magis proſunt
quàm ſcientiæ vanæ, attendant.

De ordine Congregationis. Cap. LXIII.

ORdines ſuos in Monaſterio ita conſeruent, ut conuerſionis tempus, & uitæ meritum diſcernit, vel ut Abbas conſtituerit. Qui Abbas non cõturbet gregem ſibi commiſſum, nec quaſi libera utens poteſtate iniuſtè diſponat aliquid. ſed cogitet ſemper quòd de omnibus iudiciis, & operibus ſuis redditurus eſt Deo rationem. Ergo ſecundum ordines quos conſtituerit, vel quos habuerint ipſi fratres, ſic accedant ad pacem, ad communionem, ad pſalmum imponendũ,

in Chorum ſtandum, vt in omnibus omnino locis ętas A *non diſcernatur in ordine, nec pręiudicet, quia Samuel, & Daniel pueri Pręsbyteros iudicauerunt. ergo exceptis his (quos ut diximus) altiori conſilio Abbas pręttulerit, uel degradauerit certis ex cauſis, reliqui omnes ut conuertuntur, ità ſint, ut uerbi gratia Qui ſecunda diei hora uenerit in Monaſterio iuniorem ſe nouerit eſſe illo, qui prima hora diei uenit, cuiuslibet ætatis, aut dignitatis ſit. Pueris uerò per omnia ab omnibus diſciplina teneatur.*

CONSTITVTIO.

CVm ex dignitate, ſeu antiquitate locorũ ſępè Prælatio deſcendere ſoleat Prælatorum, non erit abs re hic ante omnia ſcire, totius ſocietatis noſtræ caput, & fundamentum eſſe Eremum Montis B Coronæ. Cui reliquę omnes tamquam inferiores ſubſunt, honoremq; deferunt. Tum poſtea, & ipſæ ſibi inuicem ſecundum antiquitatem, prioritatemvè temporis eminent, ſeq; præcedunt. ſic & ſupremus Congregationis Pater, Maior in ipſo fundationis exordio in Bulla Apoſtolica nuncupatus, in omni loco, & tempore ſuper omnes, & ante omnes Religionis Prælatos primum locum ſuo Iure tenet. Cuius principalis reſidentia (niſi negotia, vel neceſſitas aliò euocent) in prædicta Eremo eſſe conſueuit. Duo autem viſitatores ei continuè aſſiſtunt, penes quos ſimul cum Maiore vniuerſale totius Congregationis regimen conſiſtit. Hos quoque ſciendum eſt

C reliquis omnibus Prælatis in actu viſitationis pręeſſe oportere. Atqui viſitatione finita Priores per omnia recuperant locum, ſed tamen primus viſitator ſemper ſecundo pręibit, licèt iſte primus ſit profeſſione, auctoritas verò ęqualis ſemper vtriſque exiſtat. Pręterea tempore, quo generale Capitulum quotannis celebratur, omnis ſuperioritatis auctoritas in ſex Diffinitoribus (omni alia Prælatura ceſſante) abſolutè manet. Quorum Diffinitorum, cuiuſvè Capituli caput, ac Princeps Pręſidens appellatur. Huic omnes Eremitæ ſubduntur, & ipſe cum Diffinitoribus diſponit omnia, quæ ab bonum regimen ſpectant; atque ſemper, & vbique ſupremam pręſidentiæ ſedẽ retinet. Ipſi verò Diffinitores ſecundum profesſionem alter alteri deferunt. Speciales denique locorũ D Paſtores, non Abbates, ſed Priores uocari iuſſerunt iam olim Patres, vt ſupra dictum eſt; licèt quondam locus Abbatiæ, vel Monaſterij titulo gauderet, & horum quiſque in ſua Eremo cæteros omnes (quamuis ibi alij reſideant Prælati) auctoritate plena antecellit. Qui tamen cum ſimul cõueniunt, alter alteri iuxta ordinem, ac prioritatem locorum ſuorum ſibi inuicem cedunt. Sunt tandem & alii Priores Titulares dicti, eò quòd Conuentum non habeant, ſed ſolo titulo ſint inſigniti, qui quidem conuentualibus Prioribus, & Viſitatoribus vbique loco, & auctoritate cedere debent. Verùm Titulares inter ſe ex ipſius tituli dignitate, ſeu antiquitate prioritatem præcedendi acquirunt. Attamen ipſi cæteris non graduatis ſacerdotibus præire ſolent. Poſt hos Magiſter Nouitiorũ collocatur. Quicunque alii ſunt, vel in futurum erũt

ſacer-

ſacerdotes, Clerici, Conuerſi, ac ſeculares fratres, in caſu prẹſidentiẹ tempus ſuẹ profeſſionis in hac Congregatione, non alibi emiſſa, obſeruabunt, exceptis his qui ob ſua demerita degradati ſuum locum, & prẹſidentiam amiſerunt. Hoc certè ſemper ratum voluerunt Patres, vt Sacerdotes locum ſuper Clericos in Choro, & vbiq; retineant, etiam ſi Sacerdotes Nouitii, & Clerici, profeſſi exiſtant, dummodo induti ſint habitu Eremitico. Quod ſic intelligendum eſt, vt quoties Clericus prior tēpore Sacerdos fiet locum ſuum ſuper Sacerdotem prẹfatum recuperet. Priores in propriis locis, & pertinentiis eorum, quoſcunq; alios Priores hoſpites, & viſitatores extra viſitationem prẹcedēt: ſed dictos Priores, & Viſitatores hoſpites omnes locorum Superiores non graduatos, & Vicepriores prẹcedere conſuetum eſt, ſed id quo ad locum, & benedictionem Menſẹ, ceremoniaſq; Eccleſiaſticas tantùm, ſalua ſemper remanente Superioribus, ac Vicepriorıbus prẹfatis domus, atq; familiẹ ſuẹ adminiſtratione, & Superioritate. verumtamen ſi huiuſmodi Superiores ac Vicepriores Titulari ſaltem dignitate funguntur, neq; Prioribus, neq; Viſitatoribus hoſpitibus vel in minimo cedent. Primam vtriuſq; Chori ſedem nemo niſi proprii ipſius loci Pẹlatus occupabit. A B

Sequitur Regula.

IVniores ergo Priores ſuos honorent, Priores iuniores ſuos diligant. In ipſa autem appellatione nominū nulli liceat alium puro appellare nomine, ſed Priores

C *pres iuniores ſuos fratres nominent, Iuniores autẽ Prio-reſq; ſuos Domnos uocent, quod intelligitur paterna reuerentia. Abbas autem, quia vices Chriſti agere uidetur Domnus, & Abbas vocetur, non ſua abſumptione, ſed honore, & amore Chriſti. Ipſe autem cogitet, & ſic ſe exhibeat, vt dignus ſit tali honore. Vbicunq; autem ſibi obuiant fratres, iunior a priore benedictionem petat, tranſeunte maiore iunior ſurgat, & det ei locum ſedendi, nec præſumat iunior conſidere niſi ei precipiat ſenior ſuus, vt fiat quod ſcriptum eſt, honore inuicem præuenientes. Pueri vero, vel adoleſcentes in oratorio, vel ad menſam cum diſciplina ordines ſuos conſequantur: foris autem, uel vbi, vbi cuſtodiam habeant, & diſciplinam vſq; dum ad intelligibilem ætatem perueniunt.*

CONSTITVTIO.

D EX hoc Regulę Textu diſcant omnes quot quot ſunt Eremitæ obuiam habentes Maiorem, uel tempore capituli Pręſidentem, ſibiq; verba facientes genuflectere ante eos, quod & ante Priorem loci in Cella tantummodo faciendum eſt eodem modo faciant Nouitii coram Magiſtro. At reliquis Sacerdotibus, & Prelatis caput detegere, & humiliter ſe inclinare ſufficit. Antiquioribus item ſemper inferior ſedens aſſurgat, & capite aperto aliquantulum humilietur. Deniq; omnis iunior, ſiue inferior Maiori ſe deferat, vt fiat quod dictum eſt a Domino per Moyſen, coram cano capite conſurge, &

honora

honora perſonam ſenis. Quod ſi ſuperueniẽs vnius A
tantum aſſiſtentium ſenior fuerit, illi ſolus aſſurgat,
reliquis cum ſigno vrbanitatis quieſcentibus. Gene-
raliter autem non Nouitii, ac Iuniores ſolummodo,
ſed & omnes ſibi inuicem hoc præſtare debẽt, quod
Regula præcipit, & Apoſtolus monet. Inclinationes
detectiones, & alia huiuſmodi reuerentiæ, vrbanita-
tisq; ſigna ingenue oſtendẽtur. Antiqua eſt inſuper
noſtræ Congregationis conſuetudo, vt Prælatorum
omnium compellatio ſic fiat, nempe P. Maior, P.
Preſidens, ſimplices aũt Sacerdotes cũ eadem nota
addito proprio nomine vt P.F.Romualdus. Reliqui
omnes clerici & infra ſimplicitor fratres nominen-
tur. Quę ſimplicitas ſemper ſeruanda eſt.

De ordinando Abbate. Cap. LXIIII.

IN Abbatis ordinatione illa ſemper B
conſideratur ratio, vt hic conſtituatur quem ſibi omnis concors Congregatio ſecundum timorem Dei, ſiue etiã pars, quamuis parua Congregationis ſaniori conſilio elegerit: vitę autem merito, & ſapientiæ doctrina eligatur qui ordinãdus eſt, etiam ſi vltimus fuerit in ordine Congregationis. Quod ſi etiam omnis Cõgregatio vitijs ſuis (quod quidem abſit) conſentientẽ perſonã pari conſilio elegerit, & vitia ipſa aliquatenus in notitiam Epiſcopi, ad cuius Dioceſim pertinet locus ipſe, vel Abbatibus, aut Chriſtianis vicinis claruerint; prohibeant prauorum præualere conſenſum, ſed domui Dei dignum conſtituant diſpenſatorem, ſciẽ-

tes

C *tes pro hoc ſe recepturos mercedem bonam, ſi illud caſtè & Zelo dei faciant; ſicut è contrario peccatum incurſuros, ſi negligent.*

CONSTITVTIO.

LOnge aliter in Congregatione noſtra Pręlatorum ordinatio fieri conſueuit quàm hic ſanctiſsimus Pater de ea diſponat. Non enim per ſingulas Eremos ab ipſo Conuentu, ſed iuxtà facultatem Apoſtolicam quotannis in Capitulo Generali per Patres diffinitores, perque Canonicam electionem omnes Prelati ſocietatis ritè conſtituuntur. Quamobrem tractatum hunc ſiue modum, quo
D talis electio fiat, ſuo iuſto loco inferius explicandum remittimus, vt hic quę neceſſaria ſunt ad Priorum regimen citius oſtendere ualeamus.

Sequitur Regula.

ORdinatus autem Abbas cogitet ſemper quale onus ſuſcepit, & cui redditurus eſt rationem villicationis ſuæ, ſciatque ſibi oportere prodeſſe magis quàm preeſſe; oportet ergo eum eſſe doctum lege diuina, vt ſciat unde proferat noua, & vetera, caſtum, ſobrium, miſericordem, & ſemper ſuperexaltet miſericordiam iudicio, vt idem ipſe conſequatur, oderit uitia, diligat fratres. In ipſa autem correptione prudenter agat, & ne quid nimis, ne dum nimis cupit erade-

re

ve eruginem frangatur vas; ſuamq; fragilitatem ſem A
per ſuſpectam habeat, memineritque calamum quaſſa
tum non conterendum. In quibus non dicimus, vt per-
mittat nutriri vitia, ſed prudenter, & cum charitate
ea amputet, prout viderit vtique expedire (ſicut iam
diximus) & ſtudeat plus amari quàm timeri. Non ſit
turbulentus, & anxius, non ſit nimis obſtinatus, & nõ
ſit zelotypus, & nimis ſuſpicioſus, quia nunquam re-
quieſcet. In ipſis imperijs ſuis ſit prouidus, & conſide-
ratus, ſiue ſecundum Deum, ſiue ſecundũ ſeculum ſint.
Opera quæ iniungit diſcernat, & temperet cogitans
diſcretionem ſancti Iacob dicentis, ſi greges meos plus
in ambulando fecero laborare, morientur cuncti vno
die. Hęc ergo, aliaq; teſtimonia diſcretionis matris vir-
tutum ſumens, ſic omnia temperet, vt ſit, quod & for-
tes cupiant, & infirmi non refugiant, & præcipuè vt B
præſentem Regulam in omnibus ſeruet: vt cum bene
miniſtrauerit, audiat à Domino quod ſeruus bonus, qui
erogauit triticum conſeruis ſuis in tempore ſuo. Amen
dico vobis, ſuper omnia bona conſtituet eum.

CONSTITVTIO.

ANte omnia Priorem doctrinę ſanctiſſimi Patris, quæ hic præcedit, diligentem obſeruatorem eſſe oportet, vt ſibi ipſi conſulere, gregiq; ſuo pręeſſe ſciat. Cũ primum ergo Prior conſtitutus in ſuũ Eremum deuenerit, ſingulorũ Cellas viſitet, vt ſciat quid cuique concedere, quid ve negare debeat ac de inde de domo ſua ordinanda, miniſtriſq; eligendis

prouidè

C prouide cogitabit. præmiſſa igitur ad omnes admonitione, & longa facta oratione, ipſe cum aliis, ad quos electio pertinet, per diem ſaltem præmeditabuntur quales eſſe debeant, & qui digni ſint eligendi familię officiales. Atq; tunc conuocato de more capitulo, & abſolutis præteritis ab obedientiis ſnis, diligentes, ac timoratos rerum agendarum Miniſtros, ſolita calculatione, conſtituant, Quorum primus erit Sacriſta, ſecundus Bibliotecarius, & ſcriba Capituli, tertius Cellerarius, quartus diſpenſator, quintus Infirmarius, ſextus Piſtor, ſeptimus Cellæ vinariæ cuſtos, octauus fructuum diſtributor, nonus Coquus, decimus oſtiarius, vndecimus hoſpitarius, duodecimus Barbitonſor, decimus tertius Veſtiarius, decimus quartus pannarius, decimus quintus Ferramētarius, decimus
D ſextus hortulanus, decimus ſeptimus Syluarum cuſtos. Facta autem electione, ante lectionem Completorij omnibus in Capitulo exiſtentibus eorū ordinatio diſtinctè legatur, ac ſimul ea regulæ capita, quæ ad ſingulorum inſtructionem faciunt, vt ſciat vnuſquiſq; quale ſibi munus incumbit. Qui omnes, & ſinguli obedientiam ſibi iniunctam alacri animo, & abſq; murmuratione amplectātur, & pro viribus adimplere conentur, ſcientes per obedientiam Deo ſuo gratos eſſe futuros. Præſcriptus autem electionis modus in numeroſa familia ad vnguem ſeruādus eſt. Attamen ſi numerus fratrum minor fuerit, binas, vel plures obedientias frater vnus idoneus, & ſufficiens habere poterit, & è cōuerſo vbi numerus abundat, vna in duos, ſi opus eſt, diuidatur. At ſi infra annum fortè aliquis ob ſuas negligentias, vel de-

fectus

fectis ſuos veniat priuandus officio, ſeu nouus ſit cō A
ſtituendus Miniſter, tunc ſi fieri poteſt Prior cū conſilio ſaltem ſeniorum rem exequatur. hoc ergo modo diſpoſita domo, & ordinata familia, curet ſollicitè Paſtoris boni more frequenter ſuas oues recognoſcere, eiſdemq; ſalutare paſculum præbere. Quod profecto fiet, ſi ſingulis Sabbathis, aut Sabbatho impedito alio die, vt moris eſt, Capitulum (vt vocant) culparum poſt Primam tenuerit. In quo aliqua pia ad fratres exhortatio ex quadam ſacræ ſcripturæ auctoritate, vel ex ſequentis Dominicæ Euangelio, vel certe ex Regulæ ſanctæ, Coſtitutionumue doctrina deſumpta præmittatur. Ac deinde quaſi Pater filiis ſuis, quæ in ſequenti hebdomada ſeruanda, faciendaue ſunt, ſpecifice annunciet, veluti feſta ex pręcepto, ieiunia vigiliarum, ac quatuor temporum, B
ſic anniuerſaria dicenda, communionem faciēdam, communem refectionem obſeruantię, officijq; mutationem cum dubiorum occurrētium circa hęc declaratione, & ſi quę ſunt alia, quę accidere ſolent. Conſtituat inſuper & omnia quæ ad regimen, & cōſeruationem domus, atq; familiæ ſpectant, nec non generaliter omnes cum feruore hortetur ad obſeruantiam ſanctę Regulę, ceremoniaſq; adimplendas, cum efficaci repręhēſione defectuum commiſſorū, & exhortatione ad emendationem, ac ſancti propoſiti augumentum, Et tandem alia quæcunq; ſibi neceſſaria videbuntur. Nec obliuiſcatur vnquàm generaliter quoſcunq; in neceſſitatibus conſtitutos, infirmos, Catholicam Eccleſiam, animas defunctorū, & alia quę ſępè occurrunt, orationibus fratrum fide-

liter

C liter commendare. Nec (ſi hoc dies ipſa requirat) ſilentium diſpenſare prętermittat, & mox per ſuum quiſq; gradum culpas, negligentias, transgreſſiones, & omnia in quibus ſe erraſſe cognoſcit, humiliter, ac genuflexus alta, & intelligibili voce dicat; idq; corā ipſo Priore, facie tamen ad Altare verſa, & cum breuitate ſecreta nihilominus peccata confeſsioni relinquens, & quidem primi erunt Nouitij, qui ſtatim dicta culpa omnes pariter foras egredi debent. Poſtea ſequantur Sacerdotes, deinde Clerici, ac tandem Conuerſi omnes ſecundum ordinē profeſſionis cuiuſcunque ſe pręcedentes. Qui, finita accuſatione, ſe ſe toto corpore ſolo tenus verſa facie ad Superiorē proſternant; ac tamdiu ſic maneant, quouſque ipſe ſignum dederit, quo audito erigant ſe in genua, do-

D nec pœnitentia data, alio ſigno dimittantur. Superior vero, circumſtantiis rerum, ac perſonarum mature conſideratis, vnicuique vulneri proprium adhibeat medicamentum, frequentando potius pœnitentias illas quę animum humiliant, quàm quę corpus affligunt. Poteritq; mutare, & alterare, moderari, atque in toto, vel in parte relaxare taxatas in his conſtitutionibus, & alias etiam imponere pœnitentias ſicut melius viderit ad ſalutem animarum conducere. Sit hoc in loco diligens Prior, vnum quemq; admonere, vel corrigere iuxta demerita eorum, eiſque debitam pœnitentiam aſſignet, quam omnes fideliter adimplere ſine mora debent. Non omittat ſuperior negligentes, vel recuſantes ad Capitulum accedere per aliquem vocare, quos, niſi legitimā cauſam allegauerint, ſeuere puniat. Iam ſi repręhenſus, vel

correctus

correctus frater conſcientia munda ſe purgare voluerit, ſemel audiatur. At ſi poſt excuſationem culpabilis remanet, duplex inde reportet ſupplicium. Nec quicquam moretur Prælatus, quamuis eodem tempore reus maiorem, aut ſupremum Tribunal appellet; ſed his non obſtantibus, quod agendum eſſe peruident, ſecurus exequatur. Nouerint tandem omnes cuiuſdam ſancti viri ſententiam eſſe, ſignū, officiumq; piæ mentis exiſtere, ibi culpam agnoſcere, vbi culpa non eſt. Rurſus ad conſeruationem rerum domeſticarum patrimonij ipſius loci cum debita diligentia curent Priores ſcripturas, contractus, inſtrumenta, Bullas Apoſtolicas, & quæcunq; ad rem faciunt, habere, recuperare, & in quodam Archiuio, ſeu arca benè clauſa, & cuſtodita ſeruare. Nec non & libellum conficient, in quo contineantur ſummaria dictarum ſcripturarum. Notent præterea, & ſecū habeant ea acta Capitularia, quæ ad locum ſuum, & ad communes obſeruantias pertinent. Etiam deſcribantur omnia acta Capituli Conuentualis cum ſuis circunſtantijs dierum, & annorum. ſit quoq; in ſingulas Eremos noſtras & alius libellus, in quo nomē & loci, patriæ, dies, & locus profeſſionis cuiuſq; Eremitæ profeſſi in Congregatione noſtra ad præcedentias cognoſcendas contineantur. Item fugitiuorum, expulſorum, & licentiatorum fiat memoria quo facilius omnibus cogniti euitentur. Sic tandem & Defunctorum fratrum nomina, & obitus dies diligenter notentur, pro quibus ſtatim ſolitas preces fieri, & ab ipſius loci Priore cum diligentia alijs ſocietatis Prælatis debēt notificari, vt & ipſi in ſuis locis

C ſimiliter faciant, ſtrictè mandant Patres. Inſuper iuſſerũt Patres, vt Priores, ſicut & alij omnes (id quod nomen Eremitæ ſignificat) adimpleant, reſidentes in Eremo iugiter, rariſſimè (niſi extrema neceſsitas cogat) foras prodeuntes. Statuerunt præter hæc, ne quis Prior poſsit noua ædificia erigere, niſi loci redditus expenſas ſuperent, ita vt ex reſiduo perfici queant, aliàs aut eleemoſinis, aut aliquo vis ſubſidio conſtruantur. Super omnia aduertant, ne, ob fabricandi ambitionem, fratres victu, vel veſtitu aliquo modo fraudentur; neq; ob eandem cauſam ære alieno domus vel in minimo grauetur. Poſtremò cautum eſt, ne noua fundentur ędificia, donec quę cępta reperiuntur ad debitũ finem perducantur. Ad nouum aliquod opus conſtruendum duo prius obti-
D nenda ſunt, licentia ſcilicet ſuperiorum & Conuentualis Capituli conſenſus.

De Præpoſito Monaſterij. Cap. LXV.

SÆpius quidem contingit vt per ordinationem Præpoſiti ſcandala grauia in Monaſterijs oriuntur, dum ſunt aliqui maligno ſpiritu ſuperbiæ inflati, qui exiſtimantes ſe ſecundos Abbates, aſſumentes ſibi tyrannidem ſcandala nutriunt, & diſſenſiones in Congregatione faciunt, & maximè in illis locis, vbi ab eodem Sacerdote, vel ab eiſdem Abbatibus, qui Abbatem ordinant, ab ipſis etiam & Præpoſitus ordinatur. Quod quàm ſit abſurdum facilè aduertitur, quia ab ipſo initio ordinationis materia

ei datur

ei datur ſuperbiendi, dum ei ſuggeritur à cogitationibus ſuis exutum ſe eſſe à poteſtate Abbatis ſui, quia ab ipſis eſt ordinatus, à quibus & Abbas. Hinc ſuſcitantur inuidiæ, rixæ, detractiones, æmulationes, diſſenſiones, & inordinationes, & dum contraria ſibi inuicem Abbas, Præpoſituſq; ſentiunt, & ipſorum neceſſe eſt ſub hac diſſenſione animas periclitari: & hi, qui ſub ipſis ſunt, dum adulantur partibus, eunt in perditionem. Cuius periculi malum illos reſpicit in capite, qui talibus in ordinatione ſe fecerunt auctores. Ideoq; nos præuidemus expedire, propter pacis, charitatiſq; cuſtodiam, in Abbatis pendere arbitrio ordinationem Monaſterij ſui, & ſi poteſt fieri, per Decanos ordinetur (vt antea diſpoſuimus) omnis vtilitas Monaſterij pro vt Abbas diſpoſuerit, & dum pluribus committitur, vnus non ſuperbiat. Quòd ſi aut locus expetit, aut A
Congregatio petierit, rationabiliter cum humilitate, & Abbas iudicauerit expedire. Quemcunq; elegerit B
Abbas cum conſilio fratrum timentium Deum, ordinet ſibi Præpoſitum. Qui tamen Præpoſitus illa agat cum reuerentia, quæ ab Abbate ſuo ei iniuncta fuerint, nihil contra Abbatis voluntatem, aut ordinationem faciens, quia quantum Prælatus eſt cæteris, tantum eum oportet ſollicitè obſeruare precepta Regulæ.

CONSTITVTIO.

QVem Pater ſanctus Præpoſitum in hoc loco appellat, nos viceprioremم, ſeu ſuperiorem ſimpliciter dicimus. Qui ſcilicet in abſentia Prioris eius vices gerit, proq; eo, durante abſentia ipſius tantũ,

C locum, & familiam regit, atq; gubernat. Hunc, quoties Prior ab Eremo diſcedit, puta cum ad Generale Capitulum, vel ad aliud quodcunq; agendum ſe confert, nominatim fratribus notificare debet: quò omnes ſubditi ſciant, cui obedire, ſeu ad quem recurrere oporteat. Hanc eandem ſubſtituti denominationem poteſt, immo debet facere Prior ante obitũ ſuum, ſi mori contigerit. Attamen ſi vel ab ipſo loco diſcedens, vel moriens Prior, id facere neglexerit, tunc antiquior profeſsione Sacerdos, ſeu potius primus dignitate (ſi adſit) nempe Prior titularis, ſeu Viſitator, vel Magiſter Nouitiorum ipſo Iure ſuperior, aut Viceprior intelligatur. Libera tamen erit Priori nominandi facultas, nulla antiquitatis, vel dignitatis habita ratione; ſed ſolùm habilitatis, atq; ſufficientię, ſiue meriti qualitate conſiderata, ſubſtitutum er-
D gò ſiue ſubpriorem prædictum eandem in ſpiritualibus, & temporalibus auctoritatem habere voluerunt Patres, quam Prior ipſe pręſens morienſvè habuit, vel habere potuit, eidemq; omnes in loco exiſtentes in omnibus, & per omnia, tamquam vero Priori obedire, veramq; ſubiectionem præſtare iuſſerunt. Sciendum inſuper eſt ſubſtituti huius auctoritatem tamdiù durare, quamdiù verus Prior domũ reuertitur, vel alius in eius locum legitimè electus mittitur. Hoc enim Eremum ingrediẽte, omnis ſubſtituti poteſtas ceſſare intelligitur. Qui quidem, ſubſtituti non ſolum extincta ſeu amiſſa auctoritate, ſed etiam ea durante, prorſus ſuo priori ſubditi manent; poteſtq; prior, vel verbo, vel per literas eundẽ reuocare, amouere, atq; mutare, pro vt ſibi viſum

fuerit,

fuerit, atq; libuerit, nec vltra illi aliqua Superioritas, ſeu præcedentia reliqua erit. Rurſus huiuſmodi ſubſtitutis ſublata eſt omninò omnis quidquid innouãdi facultas, ita certè, vt neq; ędificare, neq; vendere, ſeu emere, vel permutare, alterare, aut deſtruere, & ſimilia facere omninò queant, niſi eadem negotia Prior diſcedens, vel moriens fieri iuſſerit. Quamobrem ſicut ipſe ſubſtitutus ſemper, & vbiq; ſuo Priori obedire tenetur, ita & Prior, quoties eundem nominat, debet in ſcriptis, aut ſaltem verbo coram Teſtibus omnia, quæ fieri deſiderat, aut ſunt neceſſaria, ordinata eidem relinquere; cui ordinationi ſubprior penitùs ſtare, eamq; fideliter adimplere cogitur. Pręterea, quia ſubprior, ſiue Superior Abbatiæ ſãcti Saluatoris Montis Acuti, per CapitulũGenerale ad annum, ſicut & reliqui Prælati, eligitur, ſtatuerunt Patres, vt non obſtante huiuſmodi electione, tam ipſe ſubprior, quàm tota familia dictæ Abbatiæ, ſemper & in omnibus ſine exceptione Priori Montis Coronæ ſubſit, eiq; perpetuo obedire teneatur. Quin & Prior Montis Coronæ tamquàm proprius Prælatus prædictæ Abbatiæ debet, non ſolum quando opus eſt, ſed etiam ſæpius ex officio eandem domum cũ Superiore, & familia illic commorante, viſitare, corrigere, atq; inſtruere. Nec non quæcunq; ibidem neceſſaria agendavè ſunt diſponere, & ordinare. Cuius diſpoſitioni, & ordinationi omnes quotquot ibi ſunt tamquàm verè ſubditi omninò ſubiacebunt.

Sequitur Regula.

C *QVi Prepoſitus, ſi repertus fuerit vitioſus, aut elatione deceptus ſuperbiæ, aut contemptor ſanctæ Regulę fuerit comprobatus, admoneatur verbis vſq; quater: ſi non emendauerit adhibeatur ei, correptio diſciplinæ regularis. Quod ſi neq; ſic correxerit, tunc eijciatur de ordine Prepoſituræ, & alius, qui dignus ſit, in loco eius ſubrogetur. Quod & ſi poſtea in Congregatione quietus, & obediens non fuerit etiam de Monaſterio expellatur. Cogitet tamem Abbas, ſe de omnibus iudicijs ſuis Deo redditurum rationem, ne fortè inuidię, aut Zeli flamma vrat animam.*

CONSTITVTIO.

D SVper hæc Regulæ verba decreuerunt Patres, vt quoties tam ſuperior Abbatiæ, quàm alij ſingularum Eremorum ſubpriores Prælatis ſuis, ſiue Prioribus non obedierint, & quæ illi iuſſerunt, ſeu ordinauerunt, ſeruare neglexerint adimplere recuſauerint, aut quocunq; modo ordinem ſibi præſcriptum tranſgreſſi fuerint, tamquàm inobedientes, & contemptores corrigantur. Quorum repræhenſio, & caſtigatio, propriis Prioribus pleno iure (ſicut Regula habet) relinquitur, aut certe in Priorum negligentiam, Maior, & Viſitatores in viſitatione, ſeu extra, eorundem commiſſa ſeuerius animaduertant.

De oſtiariis Monaſterij. Cap. LXVI.

AD portam Monaſterij ponatur ſenex ſapiens, qui ſciat accipere reſponſum, & reddere, cuius maturitas eum non ſinat vagari. Qui portarius Cellam debet habere iuxta portam, vt venientes ſemper præſentem inueniant, à quo reſponſum accipiant, & mox vt aliquis pulſauerit, aut pauper clamauerit, Deo gratias reſpondeat, aut benedicat, & cum omni manſuetudine timoris Dei reddat reſponſum feſtinanter cũ feruore charitatis. Qui Portarius ſi indiget ſolatio, iuniorem fratrem accipiat. A

CONSTITVTIO.

HIS, quæ de oſtiario hic admonet Pater ſanctus, vix aliquid addi poteſt. Sufficiet ergo, ſi is, cui tale munus datur, hãc piiſſimã doctrinã opere cõpleat, ſit nihilominus oſtiarius ſollicitus, ne quis moleſtiam inferat Eremitis abſq; cauſa, expediendo eos, qui nihil negotij habent, quod tamen ſine ſcandalo fiat: & deniq; quotquot cum ſuperiore, vel Cellerario negotium nõ habent, ſi ex loco viciniori fuerint, re ſacra audita, diſcedant, ne per Eremum ambulantes quietem loci perturbent. Verùm in his qui è longinquo veniunt Regula obſeruetur. Et ſtatim ipſis ingredientibus, & Priori, & Hoſpitario nuncietur. Maneat ſemper oſtium clauſum, niſi B

C neceſſaria ad prouiſionem loci domeſtica iumenta deferant, nec aliter fieri queat. Quoties autem aduerterit oſtiarius, non per oſtium, ſed tranſilita ſepe, vel aliunde ingreſſum eſſe aliquem, modeſtè repræhendat eum, atq; foras eijciat; quò alijs exemplum relinquatur. Armatus in Eremum nemo introeat, ſed potius admonitus in domo Dei armatum incedere non licere, ſtatim in ipſo ingreſſu arma deponat. Præmoneantur quoq; obiter introeuntes alienigenæ, neſcientes loci conſuetudinem, quatenus cũ ſilentio procedant, & ab omni clamore, ſiue ſtrepitu penitus abſtineant. Nunquàm permittat oſtiarius iumenta aliena per Eremum errare, neq; introire, præter domeſtica, & eorum hoſpitum, qui aliquantulum moram in loco contrahere deſiderant. Quæ D tamen iumenta non vagabunda dimittenda ſunt, ſed in ſtabulo illico recludantur.

Sequitur Regula.

MOnaſterium autem (ſi poſſit fieri) ita debet conſtrui, vt omnia neceſſaria, ideſt, aqua, molendinum, hortus, piſtrinum, vel artes diuerſæ intra Monaſteriũ exerceantur, vt non ſit neceſſitas Monachis vagandi foras, quia omnino non expedit animabus eorum. Hanc autem Regulam ſæpius volumus in Congregatione legi, ne quis fratrum ſe de ignorantia excuſet.

CON-

CONSTITVTIO.

VTilitas ipſa, quę ex hac Regulæ lectione oritur, nos inuitat, immo cogit (vbi fieri poteſt) ad ſuiipſius obſeruationem, eoq; ſummopere laudant Patres, molendinumm,odo quo hodie fiunt, in locis noſtris omnibus haberi, fieriq; quàmprimum occaſio, ſeu opportunitas dabitur. & licet hortuli ſingulis Cellis priuatis adhęreant; nihilominus, & hortum communem ſufficientis latitudinis in Eremum eſſe oportet, propter olerum frequētem vſum, ac neceſſitatem. Cuius cura ei committenda eſt, qui agriculturam nouerit, quiq; ſciat ſuis temporibus cum diligentia terram ligone ſubigere, impinguare fimo, varia ſemina præparare, atq; cum tempus poſtularit (lunæ curſu obſeruato) terræ demandare. Neceſſe eſt etiam, vtpoſtea diligenter matura ſemina iterum colligat, mundet, & congruo loco reponat; ſic olera, acrumina, & quæ colligēda ſunt colligat, inq; commune pœnu deportet conſeruanda. Arbores fructiferas plantet, & eas, quæ iam grandiuſculę ſunt, cum vitibus ſtatione competenti putet, ac nutriat. Quæ aptæ ad hoc ſunt, inſerātur. Hortulano autem Cellerarius auxilium præbeat indigenti. A B

Iam & furnus, ſine quo habitatio noſtra ſtare nō poteſt, idoneum habeat Piſtorem, qui furnariam artem exercere ſciat, quiq; ſollicitus exiſtat in farinam cernendo, panem conficiendo, conſeruādo, per Cellulas fratribus diſtribuendo, & quæ ad panificiū ſpectant

C ctant, vt ſunt varia inſtrumenta, atq; linteamina, bene inſtructa, mundaque teneat.

Adſit & in ſingulis Eremis noſtris Tonſtrina Tonſoris in loco remotiori, ſitq; tale ædificium quale ars illa requirit, nempe dealbatum, ac perpolitum, atque inſtrumentis ad illam artem exercendam neceſſariis bene munitum. Ad quam inhabitandam Barbitonſor peritus conſtituatur, qui officium ſuum omni diligentia, charitate, & munditia curet implere. Quæ huius artis ſunt ſi ignorauerit, ſtudeat perdiſcere, vt ægris, & valentibus ſatisfacere poſſit; Sacerdotes, & Clericos tertia quaq; hebdomada tōdeat forficibus, aut eradat nouacula, relicto (more Monaſtico) capillorum circulo in modum coronæ. Reliquos autem ſeruato eodem termino toto capite radat, ſiue ton-
D deat: & qui hanc temporis taxationem præterit ſine licentia ſuperioris, abſtineat à vino quouſq; radatur, ſeu tondeatur. omnes Eremitæ barbam deferant, ſicut Apoſtolica cōceſſione permiſſum eſt: omnes aūt propter frequētem ſacræ Communionis vſum pilos circa oris labia ſuperfluos ſępius forfice abſcindere curet. Dies vero tonſurę exercitio deputati, in Quadrageſimis erunt omnes non feſti, & in quibus non fit abſtinentia in pane, & aqua, ſilentio tamen ſeruato. Reliquis anni temporibus tondeatur quandocunque ſoluitur ſilentium, dummodo feſtum non violetur, nec diuinus cultus impediatur, aut commune exercitium. Extra hos dies, & horas non licebit niſi in aliquo neceſſitatis caſu operari, & tunc de licentia Superioris; ſine qua neminem radere, aut tondere poterit, qui ex noſtra Congregatione non fuerit.

rit. Idem Barbitonſor debet facere lixiuium,& ignē A
caldario ſupponere in lauatorio ad commoditatem fratrum,qui voluerint indumenta lauare diebus, qui bus tonſura exercetur Qui ſi hęc omnia nequiuerit per ſe implere, auxilium petat. Cura tamne iſta agendi ad ſe pręcipuè ſpectet, & lauatorium ſemper mundatum teneat.

De Fratrib us in via directis. Cap. LXVII.

Dirigendi fratres in via, omnium fratrum, vel Abbatis orationi ſe commendent, ſemper ad orationem vltimam operis Dei commemoratio omnium abſentium fiat. Reuertentes autem de via fratres,ipſo die quo redeunt,per omnes horas Canonicas,dum expletur opus Dei,proſtrati ſolo oratorij ab omnibus petant orationem propter exceſſus, ne quid B
forte ſurrepſerit in via viſus,aut auditus malæ rei,aut ocioſi ſermonis. Nec præſumat quiſquàm alijs referre,quæcunque extra Monaſterium uiderit, aut audierit, quia plurima deſtructio eſt. Quod ſi quis præſumpſerit, vindictæ Regulari ſubiaceat: ſimiliter & qui pręſumpſerit Clauſtra Monaſterij egredi, vel quocunque ire, vel quippiam (quamuis paruum) ſine Abbatis iuſſione facere.

CONSTITVTIO.

QVanta cautela Religioſis è Monaſterio egredientibus vtendum ſit, quantoq; in periculo ver-

C verentur, ex hoc Regulę Capitulo facile colligitur. Quapropter ſollicite eſt obſeruandũ. Circa Itinerantes igitur decreuerunt Patres, ne aliqñ Eremita ſolus iter facere audeat, ſiue longe, ſiue prope ſit iturus. Quod tam de Superioribus quibuſcunque, quàm de ſubditis cautum intelligatur. Qui aũt ſecus fecerit, in medio refectorij in pane & acqua ieiunet. ſit autem ſocius itineris & ipſe Eremita, vel oblatus: verũ ſi non longè, & inter cognitos vicinos ire debet, nec poſſit Eremitam habere, tunc vel famulus, vel aliquis domeſticus (neceſſitate cogente) ſuppleat. Ex quacunq; ergo cauſa foras egredi intendit frater, ante omnia benedictionem, & literas teſtimoniales à Patre ſuo priore humiliter petat. Quod & rediens antequam in Cellam intret, vel aliud quid faciat, idẽ D facere non negligat. Ipſe autem prior, cunctaq; eius familia domi manens, pro abſentibus itinerantibus (tamquam in continuo corporis, & animi periculo conſtitutis) aſſiduè orare meminerit. Exeuntes, qui foras mittuntur, ſtatim officium itinerantium, ad hoc in fine Breuiarij poſitum, cum deuotione dicere, & quotidie mane repetere nunquàm omittant. In cuius locum Conuerſi, & Idiotę omnes Dominicam, & Angelicam orationem ſemel pronunciabunt Non faciant iter diebus Dominicis, neq; feſtiuis, niſi obedientia, vel neceſsitas vrgeat. Feſtinent inſuper quod in mandatis habent facere citius quàm poſſunt ſe ſe expedientes, ad deſideratam protinus quietem reuerſuri. Sollicitè quoq; ambulantes domus ſecularium, ac maximè diuitum, publicaq; hoſpitia fugiant Accedant libenter ſi fieri poteſt ad Monaſteria Reli-

ligioſorum. Caueant inſuper itinerantes; ne in uia, A
quę domi geſtą ſunt, vel acciderunt, neq; cum ad hoſpitia peruenerint, ſeu domum redierint, quæ in itinere viderunt, aut intellexerunt, alijs quibuſcunq; referant: cuius rei traſgreſſor ad arbitrium prioris puniatur. & quamuis ad ieiunia Regularia, quamdiù in via detinentur, ad abſtinentias, atq; ad extraordinariam pſalmodiam minimè obſigentur itinerantes; attamen in eo quod poſſunt non deficere curent, ſed vbiq; pie religioſa munera Deo ſuo ſatagant offerre: etenim neutiquam ignorare ſolitarios decet ſe tamquàm ſpeculum populis poſitos, atq; tam verbo quàm opere, tam intus quàm foris, cunctis videntibus virtutis exempla exhibere ſe oportere. Demũ Superiores cum omni charitate iter arripientibus, maximè ſi debiles, aut ſenes ſunt, cum viatico iumen B
ta, & alia opportuna offerre, & dare non recuſent. E contra hoſpites charitatiuè recepti, non multa, magnauè requirant, ſed paucis contenti, quod ſibi ſeruitutis, vel alimenti offertur, tamquam à Deo miſſum, cum humilitate, & gratiarum actione ſuſcipiant ſeipſos per omnia paupertati, ſimplicitatiq; Eremiticæ conformantes.

Si fratri impoſsibilia iniunguntur. Cap. LXVIII.

SI cui fratri aliqua fortè grauia, aut impoſſibilia iniunguntur, ſuſcipiat quidem iubentis imperium cum omni manſuetudine, & obedientia. Quod ſi omninò virium ſuarum menſuram viderit pondus excedere, impoſſibilitatis ſuæ cauſas ei, qui ſibi preeſt

C *præeſt, patienter, & opportunè ſuggerat, non ſuperbiendo, aut reſiſtendo, vel contradicendo. Quòd ſi poſt ſuggeſtionem ſuam in ſua ſententia Prioris imperium perdurauerit, ſciat iunior ita ſibi expedire, & ex charitate confidens de adiutorio Dei obediat.*

CONSTITVTIO.

NEminem latere putamus, contra ſenioris mandata iuſtam excuſationem non dari, quod exemplum Abrahæ pleniſſimè comprobare videtur. Multò ergo minus poſt excuſationem (perſeuerante in ſententia Prælato) quicquam replicare fas eſt. Conſulunt ergo Patres (vt meritum veræ obedientiæ ſequatur) omnes Eremitas ſimpliciter onus ſibi
D impoſitum patienter ſuſcipere, & quiſq; illud pro viribus (Dei adiutorium feruenter inuocando) adimplere conetur: nunquam enim vero obedienti deerit Deus. E contra qui obedientiam iniunctam, & ſi iuſtiſsimis cauſis addictis, recuſat, is uitio propriæ voluntatis laborat, quæ omni bono operi repugnat, & humilitatis, omniſq; religioſæ virtutis fundamenta deſtruit. Attamen hic admonendi ſunt Prælati, ne ſimiles Phariſæis effecti onera grauia imponant in humeros ſubditorum, quæ ipſi ne digito quidem ſuo mouere volunt. Quapropter voluerunt ſeniores noſtri, quatenus Prælatos omnes, qui, Dei timore poſtpoſito, ſubditos ſuos, quos fratres aut verius filios reputare debuerant, & cum omni benignitate, charitateq; tractare, indiſcretè onerare non dubitant, per

Viſitatores in actu viſitationis, ſeu per Diffinitores A
in Capitulo Generali, Regulari diſciplina grauiter
coerceri.

Quod in Monaſterio non præſumat alter alterum defendere. Cap. LXIX.

SVmmoperè præcauendum eſt, ne quauis occaſione præſumat alius alium defendere Monachũ in Monaſterio, aut quaſi tueri, etiam ſi qualibet cõſanguinitatis propinquitate iungantur. Nec quolibet modo id à Monachis præſumatur, quia exinde grauiſſima occaſio ſcandalorum oriri poteſt. Quod ſi quis hæc tranſgreſſus fuerit, acrius coerceatur. B

CONSTITVTIO.

NON ſolum iubent Patres hanc defenſionis prohibitionem ſeruari, ſed etiã ne quem hac in re errare contingat, declarant defenſionis nomine verba quoque in alicuius culpabilis adiutorium excuſationem, ſeu inſtigationem, & in Prælatũ corrigentem murmurationem, eundem de crudelitate, & iniuſtitia notantes, ac reum innocentem facientes, & alia huiuſmodi vero ſenſu compræhendi. Ex his enim multa poſſent in Religione ſcandala, ac perturbationes oriri, ſolent namq; proterui Religioſi, cum aliquos ſibi fautores, defenſoreſq; agnoſcunt, nequiores fieri, atq; in ſuperbiam eleuari. Viceuerſa Prælati, & ſi

iuſta

C iuſta in delinquentem correctione vtantur, dum cõtra ſe murmurationes, atq; iniunctas repræhẽſiones audiunt, dumq; animos defenſorum in ſe inſurgere, indignariq; ſentiunt, animum deſpondent, fiunt puſillanimes, & ſic tandem à iuſtitia miniſtrãda, in perniciem ſui, & alterius, cum ignauia deſiſtũt. Studeat itaq; vnuſquiſq; fratrem ſuum quem amat, immo ſi vere eum diligit, cum in correctione conſtitutum videt, ad humilitatem, & ſubiectionem, emẽdationẽq; hortari, & ſi à fratribus, vt fere fit, eum uexari aut (Deo permittente) tribulari, inq; ſpiritu exerceri cognoſcit, debet ad patientiam inducere, & vt illam afflictionem alacriter in ſatisfactionem ſuorum peccatorum aſſumat, verbis, & affectu ſuadere. Tandem ne peccata impunita remaneant falſis illis defenſoribus, ſeu potius murmuratoribus, tamquàm in Prælatum, & fratrem ſuum ſimul lingua delinquentibus, D ad arbitrium Prælati taxètur debita pœnitentia. Verùm hoc addi amplius decretum eſt, vt ſi murmuratio prædicta, ſeu repugnantia in ſuperiorem, complices habuerit, ita vt conuenticulum duorum, vel plurium contra ſuperiorem fiat; tunc omnes ſimul diſciplina circulari plectantur.

Vt non præſumat quiſquam aliquem paſſim cædere, aut Excommunicare. Cap. LXX.

VEtetur in Monaſterio omnis præſumptionis occaſio, ordinamus, atq; conſtituimus, vt nulli liceat quemquam fratrum ſuorum excõmunicare, aut cædere, niſi cui poteſtas ab Abbate data fuerit. Peccantes

cantes autem coram omnibus arguantur, vt cæteri me- A *tum habeant. Infantibus verò vſq; ad decimum quintum annum ætatis diſciplinæ diligentia ſit, & cuſtodia adhibeatur ab omnibus, ſed & hoc cum omni menſura, & ratione: Nam in fortiori ętate qui pręſumpſerit aliquatenus ſine pręcepto Abbatis, vel in ipſos infantes ſine diſcretione exarſerit, diſciplinæ regulari ſubiaceat; quia ſcriptum eſt. Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris.*

CONSTITVTIO.

CVm excommunicare Iuriſdictionis ſit, quam ſoli Pręlati habent, ſatis manifeſtum eſt eos, qui Prælatura carent excõmunicare non poſſe, niſi alicui B talis Iuriſdictio commiſſa ſeu delegata exiſtat. Quare ſolus Maior in omni tempore, & loco, etiã omnes Eremitas Congregationis excommunicare poterit. Priores autem quiſq; in ſua Eremo, & ſuos ſubditos tantùm. Viſitatores verò in actu viſitationis, nec vltra, habebũt excõmunicandi auctoritatẽ. Prohibet ẽt ſanctus Pater, ne quis aliũ cędere p̃ſumat. Circa quod Patres, quo pax, & charitas inter Eremitas noſtros perpetuò conſeruetur, ordinauerunt, vt perturbatores pacis (quocunq; modo id fiat) ſtatim grauiter a Superioribus corripiantur. Attamen ſi aliquis in fratrem ſuum auſus fuerit verbis maledicis, turpibus, aut iniurioſis vti, dicat culpam ſuam in Capitulo, & ſemel in pane & aqua ieiunet. Quod ſi minas addiderit, ita vt eum percutere

velle aliquo modo verbis, aut ſignis, factiſvè oſtenderit, diſciplina circulari publicè in Capitulo puniatur. At ſi (ſuadente Diabolo) aliquis fratrem ſuum pugno, baculo, lapide, vel ferro, ſeu quouis alio inſtrumento percuſſerit, præter excommunicationẽ quam ipſo Iure incurrit, à qua ẽt à ſolo Prelato abſolui poteſt, carcerali pena cum abſtinentijs panis, & aquę ad arbitrium Superiorum ſeueriùs affligatur. Si tandem huiuſmodi iniurioſa verba, minę, percuſſio, ſeu aliquid eorum in perſonam Prælatorum committuntur, reus duplici pœna pro qualitate delicti plectatur.

Vt obedientes ſint ſibi fratres inuicem. Cap. LXXI.

OBedientiæ bonum non ſolùm Abbati exhibendum eſt, ſed etiam ſibi inuicem obediant fratres, ſcientes per hanc obedientię viam ſe ituros ad Deum. Præmiſſo ergo Abbatis, aut Pręposit orũ, qui ab eo conſtituuntur, imperio, cui non permittimus priuata imperia præponi, De cętero omnes Iuniores prioribus ſuis omni charitate, et ſollicitudine obediãt. Quod ſi quis cõtentioſus reperitur, corripiatur. Si quis autem frater pro qua uis minima cauſa ab Abbate, vel à quocunq; Priore ſuo corripitur quolibet modo, vel ſi leuiter ſenſerit animum prioris cuiuſcunq; contra ſe iratum, uel commotum (quamuis modicè) mox ſine mora tamdiu proſtratus in terra ante pedes eius iaceat ſatisfaciens, uſq; dum benedictione ſanetur il-

la

la commotio. Quod ſi quis contempſerit facere, aut A
corporali uindictæ ſubiaceat; aut ſi contumax fuerit de Monaſterio expellatur.

CONSTITVTIO.

QVI Prælatum, & Superiorem ſuum honorat, Deum honorat & qui eum cõtemnit, Deũ contemnit. Qñquidẽ ipſe dixit Prelatis. Qui vos audit, me audit, & q̃ vos ſpernit, me ſpernit. Iõ Eremitas erga Prælatos ſuos obedientes eſſe oportet, humiles, ac morigeros. Si quis verò (quod abſit) cum Prælato ſuo contenderit, vel parum reuerentiæ ei intulerit, ſemel in pane & aqua ieiunet, & culpam ſuam coram omnibus dicat. Illi autem qui con- B
tra Prælatum ſuum quoquomodo conſpirauerint vltra prædictam pœnitentiam diſciplina circulari plectantur; omnes deniq; ſe inuicem (quamquam Superiores non ſint) honore præuenire, etiam Apoſtolus iubet.

De Zelo bono, quem debent Monachi habere. Cap. LXXII.

SIcut eſt Zelus amaritudinis malus, qui ſeparat a Deo, & ducit ad Infernum, ita eſt Zelus bonus, qui ſeparat a vitijs, & ducit ad Deum, & ad uitam æternam. Hunc ergo Zelum feruentiſſimo amore exerceant Monachi, id eſt, vt honore ſe

C *inuicem pręueniant. Infirmitates ſuas ſiue corporum, ſiue animorum patientiſſimè tolerent, obedientiam ſibi certatim impendant. Nullus quod ſibi utile iudicat ſequatur, ſed quod magis alij Charitate fraternitatis caſto impendant amore, Deum timeant, Abbatem ſuum ſincera, & humili charitate diligant. Chriſto nihil prǽponant. Qui nos pariter ad uitam perducat æternam. Amen.*

CONSTITVTIO.

AD ea, quę hic ſanctiſſimus Benedictus de Zelo bono breuiter perſtrinxit, pauca, quæ deeſſe uidentur, addere uoluerunt Patres. Quis namq; dubitet
E ad bonum, & ſanctum Zelum pertinere non ſolum in interiori homine rectè cũ Deo
D ambulare, ſed etiam in exteriori nihil vitioſum, aut quod proximum offendere valeat oſtendere? Quin potiùs omnibus piè viuendi exemplum præbere æquum eſt. Sint ergo Eremitæ noſtri in inceſſu graues, oculis depreſſis verecundi, ac humiles. In omnibus actis ſuis modeſti, beneq; compoſiti, veſtes eorum potiùs reſarcitæ, quam immundæ, vndiq; paupertatem præ ſe ferentes. Pallium habeant ſemper globulo ligneo ad pectus coniunctum, ſine quo Eccleſiam introire, neq; in Capitulo, ſeu Refectorio, multo minus in Choro ſtare poterunt. Demiſſo ad oculos cucullo nunquã ſolo pileo tecti incedant, qđ & in Cella obſeruare oportet ſub pęnitentia vnius panis, & aquæ, omnibus ſe præbeant ſubiecti, ſubmiſſa

miſſa voce loquentes, maximè ad Superiores, in quorum præſentia niſi interrogatos obmuteſcere conſultius foret. Sint in potu, & cibo temperati, & parci, res omnes neceſſarias cum diſcreta honeſtate faciant, vbiq; ſilentium teneant, nec niſi vrbanitate, charitate, aut neceſſitate cogente loquantur. Atqui ſicut ipſos manibus, ac facie cum barba mundos, nitidoſq; ſemper eſſe oportet, ita & Cellam cum omni Suppellectili excultam, (ſine tamen affectatione, aut curioſitate) habere omni tempore debent. Tandem in cunctis factis, ac dictis ſuis medium teneant, & diſcretione vtantur. A

De eo, quòd non omnis obſeruatio Iuſtitiæ in hac Regula ſit conſtituta. Cap. LXXIII.

Regulam autem hanc deſcripſimus, vt eam obſeruantes in Monaſterijs aliquatenus vel honeſtatem morum, aut initium conuerſationis nos demonſtremus habere. Cæterum ad perfectionem conuerſationis qui feſtinant, ſunt doctrinæ ſanctorum Patrum, quarum obſeruatio perducit hominem ad celſitudinem perfectionis. Quæ enim pagina, aut quis ſermo Diuinæ auctoritatis veteris, ac noui teſtamenti non eſt rectiſſima norma vitæ humanæ? aut quis liber ſanctorum Catholicorum Patrum hoc nõ reſonat, vt recto curſu perueniamus ad Creatorem noſtrum? Nec non & collationes Patrum, & inſtituta uitæ eorum, ſed & Regula ſancti Patris noſtri Baſilij, quid aliud B

C *ſunt niſi benè uiuentium, & obedientium Monachorum exempla, & inſtrumenta uirtutum? Nobis autē deſidioſis, & male uiuentibus, atq; negligentibus, rubor confuſionis eſt. Quiſquis ergo ad patriam cęleſtem feſtinas, hanc minimam inchoationis Regulam deſcriptam (adiuuante Chriſto) perfice; & tunc demùm ad maiora, quæ ſupra commemorauimus, doctrinę uirtutumq; culmina (Deo protegente) peruenies. Facientibus hæc Regna patebunt ſuperna.*

CONSTITVTIO.

D QVemadmodum ſanctiſſimus Pater in Regula non eſſe omnimodam perfectionis doctrinam, ſed initium tantum aliquod Religioſę Diſciplinæ in ea contineri fatetur, ita eam obſeruantibus ad perfectionis culmen (Deo adiuuante) peruenire poſſe pollicetur. Ex quibus manifeſtum eſt, ad perfectionem tendentibus neceſſarium eſſe aliquid vltra iuxta vires, ac cuiuſq; virtutem ſummo ſtudio conari, ad quod fortaſſis non parum Conſtitutionum noſtrarum ſeries cum plena earum obſeruantia iuuabit. Non enim pauca conſtitutio Regulę adiungit, nec minima ſunt reputanda, cum nos longiorem, ac remotiorem ſęculi fugam doceat, auſterioremq; multo viuendi normam pręſcribat, atq; omnem prorſus a nobis præuaricandi materiam longius arcere dignoſcatur. Præterea directum corporalis mortificationis iter, cōtinuas vigilias, diurnoſq; labores per ſequeſtrationem, ac parcimoniam ali-

menti aperiat, nec non ſpiritualis abſtractionis, inq; A Deum mentis eleuationis directas ſemitas per iuge ſilentium, ac frequentes orationes quaſi digito oſtendat. Nunquid hæc ſunt, quæ hic à nobis amantiſſimus Pater requirit? Sunt equidem, ſed adhuc excellentiorem viam nobis demonſtrat, & meliora chariſmata nos æmulari depoſcit, dum ad doctrinas ſanctorum Patrum, vt eorum exempli imitemur, remittit. Etenim ſancti Patres omnes, qui Religioſè vixere, atq; perfectionis exempla benè viuendo poſteris reliquerunt, nobis quaſi Duces militiæ chriſtianæ, atq; perfectionis Magiſtri fuere. Quapropter nos tanquam ſtrenuos milites eorum geſta imitari, ac tamquam fideles diſcipulos eorum veſtigia, ſi ad perfectionis culmen aſcendere optamus, indeſinenter ſequi oportet. Parum etenim eſt ſacram ſcripturam legere, immo nihil prodeſt ſanctorum li- B bros peruoluere, ſi quæ in eis leguntur, obliuioni tradantur, aut certè per ignauiam imitari negligamus. Propterea pijſſimi Patres noſtri profectum virtutis in ſua Congregatione videre cupientes ſummopere hortantur omnes filios ſuos Eremitas, quatenus non contenti Regulæ ſanctiſſimę documentis, neq; præſentium Conſtitutionum ſuauiſſima diſtrictione, ad altiora perfectionis faſtigia aſcendere contendant. Quod quidem facilè fiet, ſi antiquorum Patrũ diuinos mores tota mentis acie intueantur, & eorũ auſteritates, ac propriæ vitæ neglectum pro virili aſſequi moliantur. Neque hic quidem vobis proponimus ſectandas Pauli Thebæi perpetuam inter feras ſolitudinem, aut Antonij Magni ſpirituales pugnas,

C ſeu Hilarionis inediam, ſed benè ſanctiſsimi Magiſtri noſtri Benedicti plena charitate, ac feruore ſanctimoniam, nec non ſtrenui Ducis noſtri Beatiſsimi Romualdi diſcretam auſteritatem vos aſsiduè æmulari exhortamur. At ſi tantos viros præ imbecillitate veſtra ſequi non valetis, quid vetat eorum fideliſsimis Diſcipulis, & ſolitudinis obſeruantia, & ciborũ parcimonia, reliquiſq; religioſis virtutibus apprehenſis ſimiles fieri? Nonne ipſi homines erant ſimiles nobis? nonne Eremitę fragili carne ſicut & nos induti? De quibus tamen ſcriptum legimus, tres in anno Camalduli in pane & aqua, Dominicis exceptis diebus, ieiunantes tranſegiſſe Quadrageſimas, reliquoque anni tempore biduanas vnaquaq; hebdomada feciſſe, atq; non raro triduanas. Legimus inquam D & Maurum ſanctiſsimum aſperrimo vſum cilicio diu humi, vel ſuper aceruum calcis cubaſſe, & integras hebdomadas pertranſiſſe ieiunum. Quid dicam de nuditate, & tolerantia Bonifacij, aliorumq; in Sitriæ Eremo habitãtiũ commilitonum nr̃orũ? Quid dicã de Principe noſtro Paulo Iuſtiniano, & Socijs ſuis in Cryptis Maſſacij viuentibus? qui præter incõmodas habitationes, veſtium aſperitatem, tanta ciborum parcimonia vtebantur, vt ne licitos quidem cibos, oua, piſces, caſeum, vel lactaria guſtare voluerint? Quorum maior pars in vtraq; Quadrageſima, dies abſtinentię deputatos duplicantes integram Quadrageſimam, præter Dominicas, abſtinentes tranſire ſolebant. Nec deerant multi, qui perpetuò vino renunciantes, ſola aqua illis potus dulciſsimus fiebat; erant & non pauci, qui in Quadrageſimis ſingulas

gulas quaſq; ſextas ferias pęnitus ſine cibo tranſiret. A
Adde quod cibus eorum panis biſcottus multoties mucidus, pulmenta herbarum ſolo ſale condita, & de illis non ſatis, lectus eorum tabula ſuper humum poſita, & tandem vita eorum perpetua fuit pœnitentia. Hæc itaq; ſunt, Chariſsimi in Chriſto, quæ nobis non impoſsibilia, ſed facillima ante oculos proponere libuit. Veſtrum autem erit ea non oculis corporeis intueri, aut memoria retinentes alijs referre, verum (Dei adiutorio impetrato) animo intrepido eadem aggredientes opere adimplere, præſertim cum Patres veſtri animarum veſtrarum ſitientes ſalutem ſint paratiſsimi, robuſtis atq; feruentibus omnia quę poteſtis benignè ſine mora concedere. Quod nobis omnipotens Deus præſtare dignetur. Amen.

Licet aũt hæc dicta ſint his qui perfectionem vitæ, & ſpiritus affectant, nihilominus quæ ſequuntur ad omnes Eremitas noſtros pertinere manifeſtum eſt. Nempè omnes qui in hac ſocietate noſtra profeſsionem emittunt, ad obſeruationem præſentium Conſtitutionum omninò eſſe obligatos, exceptis his, qui vel infirmitate, vel debilitate, ſenectuteve facti ſunt impotentes. B

Declarauerunt inſuper Patres ex tranſgreſsione Regulę & Conſtitutionum neminem ad aliquam culpam ex ſuo genere obligari. Poſſunt nihilominus tranſgreſſores earum ex negligentia venialiter, & ex contemptu mortaliter peccare; ac præcipuè qui contra tria vota, ſtabilitatemq; aliquid egerit. Nullus tamen Conſtitutionis, ſeu alterius cuiuſq; ordinationis tranſgreſſor reputabitur, niſi qui ſcienter deliquerit,

C querit, ac de eius defectu manifeſtè, ſineq; dubio cõſtiterit. Verumtamen omnes iſti tranſgreſſores de tranſgreſsionibus ſuis culpam in Capitulo dicere, nec non pœnitentias tam in Regula quàm in Conſtitutionibus, vel in alijs Patrum decretis taxatas, ſiue taxandas, atq; adeo illas, quas Superiores ex cauſa proprio arbitrio imponere voluerunt, penitus adimplere tenentur. Quas quidem penitentias om-

D ninò Prælatis licebit mutare, minuere, temperare, & pro arbitrio remittere, ſicut ſuis locis plenius eſt adnotatum. Et ad hunc finem ne quis ignorantiam allegare poſsit. Iubent Patres Regulam, & Conſtitutiones, quæ hoc Volumine continentur, ſingulis diebus per iuſtas portiunculas ante lectionem Completorij publicè legi, &c.

Finis Primæ Partis.

SECVNDA

SECVNDA PARS CONSTITVTIONVM

De ordine & autoritate Capituli Generalis celebrandi.

PROHEMIVM.

QVemadmodum vniuerſalis Mater noſtra Romana Eccleſia per crebra Oecumenica Concilia, errores (ſi qui in agro Euangelico nati ſunt) depellere ſolet, atq; extinguere; ac deinde catholicam veritatem depreſſam erigere, orthodoxamq; ſtatuere fidem; ſic Monaſticæ Congregationes per ſua annalia, ſeu triennalia comitia, Zizania (quæ fortè in aruis Religionis pullularunt) euellunt, & reſtituta Religioſæ pietatis munditia, bonum ſemen creſcere faciunt ad meſſem. Hanc ergo Sanctiſſimam conſuetudinem tenẽtes Diffinitores Patres ea, quæ ad Capitulum Generale quotannis more ſolito celebrandum pertinent, in ſequenti Tractatu ordinare decreuerunt. Quod non vtiq; pro- A B

prio

C *prio auſu, ſed Apoſtolica auctoritate, iam olim ſocie-*
tate naſcente ſibi conceſſa, efficere intendunt. Nam
Leo X. Pont. Max. ſub cuius Pontificatu ſocietas hæc
Eremitarum Sancti Romualdi ordinis Camaldulenſis
fundata extat, multa, & largiſſima priuilegia B. Pau-
lo Iuſtiniano fundatori cōceſſit, quæ poſtea per Adria-
num Sextum, & Clementem VII. confirmata, ac
tandem per Paulum III. copioſè adaucta fuerunt.
Inter quæ ſpecialiter plena conceditur auctoritas Ge-
neralis Capituli annuatim celebrandi, & in eo Ma-
iorem, & cęteros ad bonum Regimen Congregatio-
nis Prælatos, alioſq; Miniſtros creando, ſeu eligendi,
nec non quæcunq; ſtatuta, ordinationes, & conſtitu-
tiones ædendi, & pro tempore ædita corrigendi, re-
formandi, & mutando, & cętera quæ ibi ſequuntur
D *ſub Data Tertio Nonas Nouembris 1534. Quæ qui-*
dem priuilegia per omnes ferè retro Pontif. eiuſdem
Pauli III. Succeſſores, ac plenius reliquis per Syx-
tum Quintum confirmata, ſtabilitaq; fuerunt. Qui-
bus fęliciſſimis auſpicijs freti ad ea, quæ inſtant, ac-
cingamur.

De loco, & tempore Celebrandi Capituli Generalis. Cap. I.

PRincipio igitur ordinauerunt Patres ſingulis annis ſecundùm priſtinum noſtræ Societatis ritū Generale Capitulum ritè, ac legitimè, atq; ordine inferius præſcripto celebrari, Idque in illa ſemper Eremo, quam Patres Diffinitores in præ-

præcedenti Capitulo ad hoc inſigne opus deputaſ- A
ſe in actis conſtare dignoſcitur. Erit inſuper tempus ad comitia habenda ordinarie perpetuoq; aſsignatum tertia Dominica, hoc eſt vigeſima prima die poſt Paſcha Reſurrectionis. Atqui occurrente caſu alicuiſis momenti, ſeu vrgente neceſsitate, ipſi poterunt Diffinitores in Capitulo, & inter annum Pater Maior cum Viſitatoribus aſsignatum diem vel prolongare, vel abbreuiare, prout melius expedire illis viſum fuerit, quod tamen ſine magna conſideratione minimè faciendum eſt.

Qui ad Capitulum venire, & quid ſecum afferre debent. Cap. II.

De inceps ad celebrationem huiuſmodi B
venire, atq; præſentes eſſe iubent Patres omnes ſocietatis Prælatos, quales ſunt Pater Maior, Viſitatores, Priores cuncti tam Conuentuales quàm Titulares, quorum nullus quo minus ad diem, & locum aſsignatos accedat, excuſationem habebit, niſi vera infirmitate, ſeu graui neceſsitate impeditus probetur, aliàs namq; Patrum cenſuræ non leui ſubiacebit. Huius autem aſſueta pœnitentia eſt intra Menſem ſeptem diebus in pane & aqua abſtinere, vltra ordinarias abſtinentias. Prætér hos, quos modo recenſuimus, Nemo ad locum Capituli ſe temerè con ferre præſumat, niſi ab eodem Capitulo, vel certè ab ipſo Maiore, aut Viſitatoribus vocatus fuerit, vel licẽtiam obtinuerit. Alioquin propria auctoritate ueniens

C niens per Menſem carceribus mancipandus eſt, & poſtea cauſam ſui aduentus patribus inſinuabit. Iam quicunq; ſint Patres, aut fratres, qui ad Capitulum accedere debent, iuſtam, immo ſuperabundantem uiatici pecuniarum prouiſionem pro ſe, & ſocijs eorum, tam accedendi, quam recedendi ſecum deferre curent, ne (ea deficiente) aliquem grauare cogantur. Priores denique, qui Conuentus Regimẽ habuerunt, librum rationum dati, vel expenſi benè in calculo ordinatum afferre neutiquam omittant, quem ſi ipſi legitimè impediti in proprio loco remanentes adducere nequeunt, per alium fidelem latorem mittant cum litteris ad Capitulum directis, ſtatum, ac neceſsitatẽ loci illius continentibus. Is uerò, qui in uno ex duobus præcedentibus caſibus de-
D fecerit, dum in communi refectorio reficitur, ſedens in terra ſolis pane & aqua cibetur, quam pœnitentiam incurret etiam ille, qui pecuniam Conuentui ſuo taxatam non detulerit perſoluendam. Vniuerſi tandem, & ſinguli, qui ad celebrationem Capituli uenire obligantur, feria ſexta iam dictam Dominicam tertiam pręcedente in loco futuræ celebrationis adeſſe tenentur. Verumtamen ſi die aſsignata omnes non adfuerint, dummodo duę ex tribus partibus congregandorum Patrum pręſentes reperiãtur, paucis abſentibus non obſtantibus, celebratio Capituli nihilominus executioni mandetur, nec propter eorum abſentiam inualida, ſed legitima, canonicaq; cenſeatur.

Modus

Modus, ſeu potius præſcripta Forma inchoandi Capitulum. *Cap.* III.

VSitata à maioribus noſtris introducendi Capitulum forma ſic ſe habet, vt ſcilicet Sabbatho prædictæ Dominicæ vnus ex Congregatis Prælatis, cui iniunxerit Maior, celebret mane Miſſam pro Congregatione cum oratione de ſpiritu ſancto pro bono initio, & ſucceſſu futuri Capituli orãs. Rurſus poſt prandium, finita Nona, & oratione ordinaria peracta, cum paruula agitata campana Capituli inchoandi ſignum per ſpatium vnius Miſerere cum decem ictibus in fine pulſetur. Qui modus ſignificandi Capitulum, quoties ſignum fieri oportuerit, ſeruandus eſt. Quo ſigno dato, omnes qui tunc in ipſa Eremo præſentes interueniuntur fratres (incluſis, & infirmis exceptis) ad Capitulum culparum, vel alium locum per Maiorem ad hoc deputatum ſimul omnes conueniant, vbi omnibus genibus flexis manentibus Pater Maior pſalmum ſexageſimum ſextum Deus Miſereatur noſtri ſonora voce intonabit, cęteris vſq; in finem pſalmi proſequentibus alternatim. Deinde ter Chirieleyſon Pater noſter, & ne nos ℣. Saluos fac ſeruos tuos ℣. Mitte nobis Domine auxilium de ſancto ℣. nihil proficiat inimicus in nobis ℣. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur ℣. poſt partum Virgo inuiolata permanſiſti ℣. Domine exaudi orationem meam & ℣. Dominus vobiſcũ cum ſuis reſponſoriis, oratio Deus, qui errantibus,

A (margin, beside first line) — B (margin, beside "in ipſa Eremo")

quæ

C quæ eſt eiuſdem Dominicæ, oratio Deus qui corda
fidelium,& omnipotens ſempiterne Deus pro Con-
gregatione. Qua finita per Maiorem dicitur Aña
ſancta Maria cum beatiſſimis Patribus noſtris Bene-
dicto, & Romualdo, & omnibus ſanctis intercedat
pro nobis ad Dominum Deum noſtrum ℟. Amen.
Quibus expletis, omnibus ſedentibus, & in ſilentio
attente audientibus Pater Maior ſuaſoriam habebit
oratiunculam,quæ tota ad bonum ſucceſſum, ac fę-
licem exitum generalis comitij tẽdere debet,exhor-
tando omnes ad confeſſionem, & communionem
ad eundem finem craſtina die faciendam in Miſſa
Conuentuali. Ordinabit inſuper, atq; iubebit,qua-
tenus Sacerdotes ſequenti mane omnes cum deuo-
tione, & feruore rem ſacram facere debeant cũ ora-
D tione ſpiritus ſancti. Quæ omnia cum deuota, ac
iugi cunctorum oratione ad prędictum finem pro-
ſperitatis ſcilicet, atq; fęlicis ſucceſſus generalis Ca-
pituli fieri debent. Dominica vero die Pater Maior
ſolenniter maiorem Miſſam dicta Tertia celebrabit,
in qua (facta prius generali abſolutione iuxta priui-
legia Congregationis) frater omnes communicabit.

De abſolutione Prælatorum, & creatione Patrum Diffinitorum. Cap. IIII.

IPſa die Dominica poſt Nonam, finita ordinaria oratione modo ſupradicto detur Capituli ſignũ, & omnes Prelati ad ſonum campanulæ, præcedẽti Maiore,in Diffinitorium conueniant. Vbi cum fuerint omnes congregati, primum fiat ſi-

nilis præteriti diei vocalis oratió cum ſuis verſibus, A
& orationibus: Deinde Pater Maior paucis verbis
ad Prælatos directis eos moneat, ſolito more vnuſ-
quiſq; prælaturam diſponat. Qui omnes (præter vi-
ſitatores) culpam ſuorum defectuum in adminiſtra
tione admiſſorum genuflexi humiliter dicant; &
prælaturæ in manu Maioris renunciantes, in terram
ſe proſternant. Tunc verò ipſe Maior acceptatis ſin
gulorum renunciationibus nomine ac vice Capitu-
li, impoſita pro negligentijs cuiq; ſalutari pęniten-
tia, pronunciet omnes, tam pręſentes, quàm abſen-
tes qui fortè venire non potuerunt, abſolutos à Præ
laturis, officijſq; ſuis, ac ſic dimittat. Quo facto &
ipſe Maior genuflexus culpam dicat, & Maioratui
renunciet, quam renunciationem Patres viſitatores
nomine, ac vice Capituli accipientes, iniuncta prius B
pęnitētia, ipſum pronunciet abſolutum. Ipſi autem
viſitatores deinde ſuo loco, & tempore, ſui officij ra
tione reddita, renunciabunt. His ergo omnibus ita
peractis, eat quiſq; in locum ſuum, ſeruato profeſſio
nis ordine, ſed Patres viſitatores Superiorem locum
tenebunt, donec Diffinitores creentur. Iam ex om-
nibus ibi congregatis, per ſuffragia nigra, & alba, vt
moris eſt, eligantur ſex Diffinitores. Cæterùm ad
firmandam in his omnibus fraternam charitatem,
& Religioſam vnitatem, nec nō ad euitandum eui-
tanda, atq; ad æqualitatem quod ad fieri poteſt ſem
per obſeruandam, hæc inuiolabiliter obſeruetur cō
ditio, videlicet nec plures in poſterum eligi poſſint
Diffinitores quàm duo ad ſummum de legatione
Peruſina, & ſimiliter duo ad plures de Regno Nea-

 politano,

C politano. Itemq; duo ex Regnis Hyſpaniarum; hoc itidem de reliquo ſtatu Eccleſiæ, Duo ſimiliter ex Sicilia, ac pariter de quolibet alio Regno, Statu, & Dominio ſeparatim intelligendum erit. Qui Diffinitores ſemel electi, cæteris inde egreſſis, ſoli in Capitulo remanebunt. Hic adnotandum eſt, quod ille, de quo ſcrutiniũ habetur, foras exire debet, donec iterum vocetur. Rurſus ipſi Diffinitores eodem modo per ſuffragia vnum ex ſe ipſis in P. Præſidentem creabunt, ſiue eligent, qui caput ſit ipſius diffinitorij: atqui omnes ſimul, Præſidens, & Diffinitores (qui ipſum Capitulum, ſiue Diffinitorium verè cõſtituunt) totius Congregationis ſupremam auctoritatem, poteſtatemq; habebunt. Præterea hic declarauerunt Patres, quoties per ſuffragia aliquid exquiritur, maiorem partem calculorum fauorabilium (q̃

D nigræ ſunt) ad id obtinendum neceſſariam fore. Verumtamen cum duo, vel plures in aliqua electione concurrunt, qui plura ſuffragia in fauorem habebit, electus cenſeatur: ſi verò calculorum numerus exiſtat æqualis, iterum per ſuffragia ſcrutinium fieri oportebit: in quo ſi ſimiliter paria reperiantur, tunc antiquior profeſſione electus intelligatur. Hoc iterum in calculationibus obſeruandum erit, vt ſemper ille, qui dignitate maior, vel profeſſione exiſtit anterior, primus calculetur, poſteà inferior ſiue poſterior. Ad P. Præſidentem, ſeu in eius abſentia ad eum qui Superiorem locum in Capitulo tenet, adnumeratio ſuffragiorum pertinebit, atq; eorum numeri relatio, ſed infimus omnium vaſculum, ſeu pixidẽ, in quo calcula inferũtur, circunferre tenebitur.

De electione Præſidentis, Scribæ, & Vicarij Capituli, & Officialium. Cap. IV.

REbus modo prædicto diſpoſitis procedant Patres ad electionem Miniſtrorum, quo debito ordine omnia durante Capitulo diſponantur, atq; agantur, & in primis eligatur Scriba Capituli; qui ſtatim electus, iuxta tenorem priuilegiorũ noſtrorum, ad ea, quę ad expeditionem eiuſdẽ Capituli ſpectant, publici Notarij auctoritatem habebit, quem tamen vnum ex Diffinitoribus eſſe oportet. Cuius munus erit totam ſeriem Capituli, & quęcunq; in Diffinitorio tractabuntur, diffinitaq; fuerint, ſi eſſentialiter notanda ſint, in libro actorum Capitularium diligenter, & ordinate deſcribere, & ea poſt concluſionem Capituli in Conuentu fratrũ cunctis audientibus publice legere, exceptis ijs quæ Patribus viſa fuerint reticenda; litteras quoq; Capitulo directas leget, quibus ex ſententia Patrum reſpondebit. Sed ob cauſas odij, ſeu ſuſpitionis tollendas, hoc omnibus notum fiat, oportet, vt quicunque frater ex aliquo loco Congregationis ad Capitulum ſcribere velit, litteras non ad Capitulum dirigat, ſed ad Maiorem qui tunc eſt, etiam ſi non ſit in Diffinitorio, cum nomine ipſius loci in altero angulo, ſeu a tergo Epiſtolę adnotato, puta Rubę, Mõtis Anconę, Saluatoris noſtri. Ipſe autem Maior litteras non aperiet, ſed eas clauſas Capitulo præſentabit, notificans locum, ſeu loca, vnde allatæ fuerint, & dum leguntur

C guntur, Prior illius loci vnde Epiſtola illa aduenerit (ſi adſit) foras egrediatur. Adnotabit ſimiliter ſcriba ea quæ tractanda ſunt, & notata P. Præſidenti dabit qui ea ſuo loco, & tempore proponet, quæ cum definita fuerint, ipſe in prædicto libro deſcribet. Secũdo ex his qui extra Capitulum domi ſunt Patres eligatur vicarius Generalis in ſpiritualibus, & temporalibus, qui in ipſo loco vicẽ prioris gerat, diſponẽs omnia, quæ ad ipſius domus, ac familiæ directionẽ pertinebunt (ijs exceptis, quæ Patres Diffinitores ſibi reſeruare voluerint.) Sequitur Depoſitarij electio, cui traduntur omnes pecuniæ, quas Priores ſecum detulerant, nec non quæ penes viſitatores ex communi Congregationis patrimonio inueniuntur, quas omnes ſub claue cuſtodire, & in fine Capi-

D tulo de illis rationẽ reddere tenebitur. Deinde duo fient Computiſtę, qui libros, ac rationes eorum omnium, qui locorum, ſeu aliàs bonorum Religionis adminiſtrationem gefferunt, diligenter per modum computi examinent, data, & accepta ponderent, defectus notent, & tandem ex his in ſcriptis redactum ratiocinium cum plena relatione facti Patribus Diffinitoribus tradant. Referant quoq; ea, quæ ipſis viſum fuerit correctione, præmonitione, vel alio remedio egere, quò ipſi Patres opportunè prouidere valeant. Fiet poſtea Oſtiarius Capituli, qui prudens, & idoneus eſſe omnium iudicio cenſeatur oportet namq; eum audire, & fideliter audita referre, maxime eorum, qui vel ingredi ad Patres deſiderant, vel Patrum reſponſa foras expectant ſibi per eundem reportari, illos qui vocandi ſunt, ſtatim aduocare,

uocare, horis competentibus Capituli ſignum dare, A
ac quæcunq; alia Patrum commiſſa omni ſolertia
executioni mandare. Poſtremo cōſtituendi veniūt
tam primæ, quam ſecundę menſarum lectores, &
Miniſtri ipſarum, ſcilicet Refectorarius, & ſeruitores
duo, vel tres fratres. Poſt hæc adnotabit idem
ſcriba nomina omnium electorum tam Diffinitorum, quàm officialium prædictorum, incipiendo à
dignioribus vſq; ad infimum, atq; eorum deſcriptionem ſtatim dabit P. Pręſidenti: qui eam in Refectorio ante benedictionem Cęnę eiuſdem Dominicę diei coram omnibus fratribus clara voce leget,
atq; exhortatiunculā in fine adijciet, vt ipſi fratres
omnes durante Capitulo pro fælici rerum euentu
maiori cura quàm antea Regulari, & Eremiticę obſeruantię intendant, & orationibus toto animo iugiter inuigilent. B

De ordine ſeruando in negotijs per Patres Diffinitores tractandis. Cap. VI.

PAtres ipſi Diffinitores ſingulis diebus ad Matutinum cum alijs ad Eccleſiam, diebus vero feſtis ad veſpertinum officium quoq; conueniant. Cęteras horas diurnas ſeparatim, vel alternatim perſoluant, & rem ſacram quotidie facere (legitimo impedimento ceſſante) non facile omittant. Dum itaq; Prima in Choro, feria ſecunda cantatur, Miſſam P. Pręſidens celebret cum oratione Spiritus Sancti, alijs Diffinitoribus qui eadē hora

C celebrare nolint, audientibus, & ſic diebus ſingulis vnus eorũ (ordine profeſſionis ſeruato) ſimili hora rẽ ſacram cũ prędicta orõne faciat. Qua vero dicta, & officio Tertię, & Sextę inter ſe abſoluto, ſignoq; ab oſtiario dato, oẽs in Diffinitoriũ ſe conferãt, vbi ipſis congregatis dicto ſecreto Pater noſter. Pater Prę ſidens dicat & ne nos ℣. Emitte ſpiritum tuum ℣. Domine exaudi orationem meam. ℣. Dominus vobiſcum, oratio Actiones noſtras, & ſic fiat quoties Diffinitorium intrant. Antequam ergo negocia propria Religionis aggrediantur Patres, charitas atque vtilitas proximi poſtulant, vt prius illi, ſi qui ſunt, expediantur qui foris expectant alicuius ſui negocij reſolutionem, vel reſponſũ. Qua peracta expeditione ſtatim accerſeantur. Viſitatores, qui cu-
D iuſque loci debito ordine viſitationem legant, ac recitent ipſis Patribus omnia, & ſingula, ſi forte aliquã nouam prouiſionem requirerent, aduertentibus, & conſiderantibus. Quod dum fit, ſiquis eſt in Diffinitorio, qui in ipſa recitatione viſitationum comprehendatur, vel quocunque modo ad ipſum pertinere dignoſcatur, à patre Prę ſidente prę monitus foras egrediatur. Poſtea vero litterę, tam quę ex noſtris locis allatę ſunt, quam quę aliunde delatę, & quęcunque in eis prouiſionem, correctionem, admonitionem, remedium, reſponſumve deſiderant, diligẽter per ſcribam adnotentur. Quibus expeditis, comburantur viſitationum notulę, & ea quę amplius apparere non licet, Patreſque viſitatores genuflexi culpam dicant, dignitati, ſeu officio renunciãtes; quos pater Prę ſidens, pęnitentia iniuncta, abſolutos pronunciabit,

nunciabit, & ſtatim, ſi qui ſunt in loco qui aliqua de causa viſitati non fuerint, vocentur, & viſitentur. Sic etiam ſi qui puniendi ſunt de ſuis defectibus, vel corrigendi, ſi præſentes fuerint, puniantur, & corrigantur; ſed ſi abſentes extiterint, debita pœnitentia eis taxetur, & executioni ſuo tempore, & loco mandetur: leganturque anni præteriti diffinitiones, & ſtatuta, & puniantur illi, qui ea non fuerint executi. Inſuper acceꝛſeantur Priores præteriti, qui in Diffinitorio non ſint, ac diligenter interrogentur de ſtatu, neceſſitate ſeu proſperitate locorum, perſonarũ, & aliarum rerum, quæ ad rem faciant, & qui corrigendi ſunt corrigantur, & quæ emendanda emendentur. Quæ correctio nunquàm omittatur, fiatq; maximè ijs, qui in ſua Prælatura, ac regimine defeciſſe conuincuntur, & ſi opus erit iuſta pœnitentia addatur. Eodem modo Prælatura functi Diffinitores reprœhendantur de commiſſis negligentijs, & erroribus in adminiſtrationibus ſuis, nec cuiquam hac in re parcatur, ſed cunctis puniendis iudicium fiat cum æquitate. Hinc ad negocia Congregationis tum generalia, tum etiam particularia tractanda veniant, proponatque P. Præſidens rem, de qua agitur & conſequenter per ſuos gradus incipiens à digniori vſq; ad infimum ab vnoquoque Diffinitori requirat quid ſentiat, & vltimò loco quod ipſe ſuper re propoſita ſentit, verbis exprimat. Quo tractatu ſic expedito, fiat per ſuffragia ſolitum ſcrutinium; At ſi nouę ordinationes, & acta capitularia, neceſſitate cogente, fieri oporteat, matura conſideratione præmiſſa fiant, & Patres Diffinitores in ſequenti

C Capitulo iterum confirmentur, ac tunc demum, & non antea, nec alio modo ſuam vim, & robur incipiant habere. & hæc intelligantur de perpetuis ordinationibus ad communem obſeruantiam ſpectantibus eodem ordine ſeruato in reuocatione dictarum nouarum ordinationum. Quiſque autem, in dicendo quid ſentit, ſtudeat breuitati, ea tantùm quæ ad rem faciunt exprimens, friuolis, aut impertinentibus omiſſis. Nemo ſuam ſententiam pertinaciter defendat, ſed plurium opinioni facilè conſentiat. Hoc autem valde cauendum erit quod ſequitur, ne ſcilicet quiſquam eorum aliquando verbum proferat, neq; ſignum faciat, quo animus eius circa futurum ſcrutinium alijs pateat, puta dicendo album, vel nigrum calculum dabo, aut ſimilia; ſed D clauſa manu ſuffragium tenens, caute illud in vaſculum mittat ſibi ſoli cognitum cuius coloris ſit. Præcipuè attendere debent Patres Diffinitores, ne tempus fruſtra conteratur. Ideo abſit inter eos ſuperflua locutio, nec quiſque niſi à P. Præſidente interrogatus verba faciat. Quod ſi quid dicendum neceſſario occurrat, paucis ille rem in medium proferat. Quidquid ibi tractatur, de ſubſtantialibus ſit, & impertinentia omnia longè arceãtur. Nunquàm inter eos proterua verba audiantur, nec ſancta charitas ſigno, aut voce corrumpatur. Abſit omnis murmuratio, neq; quiſquàm ex eo quod forſitan contra proprium ſenſum definitum eſt indignetur: quin potius patienter, quietoque animo ferat quód pluribus, & melius ſentiẽtibus placuit; qui aũt ſecus fecerit, grauiter puniatur. ſit prętereą omninò prohibitum pro

aliqua re ibi diffinienda, ſeu terminanda, ſiue com- A
munis, ſiue alicuius propria exiſtat, peculiarẽ tracta-
tum, practica vulgo appellant, ſecretò habere, ſed ſo-
la veritas, & iuſtitia præ oculis eſt ab omnibus vna-
nimiter habenda. Prudenter vnuſquiſque conſide-
ret damnum, quod ſibi, animęve ſuæ, nec non pro-
ximo afferret ſi votum, ſeu ſuffragium iniquo ani-
mo cõtra ius & æquitatem foras emitteret. Quam-
obrem ſemper in rebus terminandis, omni affe-
ctione, paſſioneque depoſita, Deus timendus eſt, &
eius tantùm gloria, animarumque ſalus, atque com-
munis vtilitas ſincero oculo reſpicienda. Cum autẽ
quæ in Diffinitorio tractātur quaſi ſub ſigillo ſecre-
ta retinenda ſunt, præſertim ea, quæ reuelata & mu
tuum odium, magnaque ſcandala ſuſcitare valeant.
Ideo in virtute ſanctæ obedientiæ mandant Patres B
ne quis alicui referre, ſeu reſerare audeat, ſpecialiter
ei, de quo in abſentia actum eſt, ſcienter rem in Ca
pitulo tractatam, ſeu ſecrete diffinitam, vel factam,
ex qua reuelatione diſcordia, odium, vel ſcandalum
quocunq; modo oriri queat, idque ſub graui pœna,
& ſignanter vt ex Diffinitorio illico eijciatur foras,
ac tribus diebus in pane & aqua ieiunet Capitulo
durante: quæ omnia volunt ẽt intelligi de his, quæ
in Capitulo Conuentuali tractantur. Si vero poſt ca
pitulum fuerit compertum, à viſitatoribus, ſeu à Pa-
tre Maiore eadem puniatur pœnā. Quod ſi tranſ-
greſſores fuerint ipſe Maior, & Viſitatores, à Capitu
lo Generali puniantur. Quam pœnam incurrant ẽt
Viſitatores reuelantes quæ in Viſitationibus ab ali-
quo fratre audierint. & ſi quis Diffinitorem aliquẽ

C interrogauerit de rebus in Capitulo geſtis, in medio refectorij ſemel in pane & aqua ieiunet, ac Diffinitor ipſum accuſare teneatur. Poſt hæc accedant cõputiſtæ, qui ſummariè exponant errores, & defectus in libris rationum repertos, & etiam exceſſus expenſarum, & omnia, quæ alicuius momenti eſſe videantur. Quibus auditis, Diffinitores corrigant emendent, & puniant eos qui malè adminiſtrauerunt, ſecundum quod illis iuſtum eſſe videbitur, futuriſque ſaltem admonendo prouideant. Deinde veniendum eſt ad examinandas communes rationes ſocietatis, nempe data, & accepta, debita, & credita. Item ſunt ad reddituum diſtributiones exactè conſideranda neceſſitates, & occurrentiæ non ſolū totius Congregationis, ſed etiam locorum, & per-
D ſonarum, hoc eſt fabricæ, victus, & veſtitus Eremitarum, & ſimilia, quę facilè percipi poſſunt: & tunc, ſecundum poſſibilitatem Congregationis, & facultatem quam Patres adeſſe nouerint, omnia prudenter diſponant, declarando, & ordinando quæ ſunt agenda; & quę fieri non debent prohibendo. Nec non locis, & perſonis indigentibus auxilium (vt moris eſt) prębendo, & tandem cuncta cum iuſta conſideratione metiendo. Si tandem occurrerit caſus vt decimę, vel alię impoſitiones à ſede Apoſtolica indictæ, vel etiam ab ipſo Capitulo pro aliquo negocio, vel opere Cõgregationis impoſitę, ſiue taxatę fuerint: oportebit tunc omnes Eremos ſecundum facultatẽ ſingulorum locorum in ſolutione iſtiuſmodi oneris pro rata cõtribuere, niſi aliter per Diſſinitores fuerit ordinatum. Tandem accurate conſiderent

derent Patres omnia, quę vel per Conſtitutiones, A
vel etiam per acta capitularia capitulo reſeruata cō-
ſtant, de quibus idem capitulum tantum ordinare,
& diſpenſare, eaq; declarare & interpretari, limita-
re, habilitare, atque eiſdem prouidere, & ſatisfacere
poteſt. Hęc inquam animaduertenda erunt, vt ante
reſolutionem Capituli ordinentur: talia namque in-
ter annum reſolui, ſeu definiri minimè poſſunt. Vl-
timo loco eligantur duo ſcrutatores Clerici bonę
indolis, ſimplices, ac timorati, qui fideliter ſe in ele
ctionibus Pręlatorum gerant.

De Electione P. Maioris, & aliorum Prælatorum.
Cap. VII.

His igitur, quæ ſupra adnotantur, fęlici-
ter expeditis, ipſa die, in qua Electio B
Prælatorum fieri debet, mane dū Pri-
ma in Choro cantatur, Miſſa de Spi-
ritu ſancto cum commemoratione
ſanctiſſimorum Patrum noſtrorum Benedicti, &
Romualdi ab eo Diffinitore, cui eadem die incum-
bit, celebretur. Quam audient reliqui Patres non ce
lebrantes, & Clerici ſcrutatores electi cum oſtiario
Capituli. Deinde Patres, præmiſſa oratione voca-
li, quæ in ſabbatho pręcedenti, & Dominica pro in-
choando Capitulo recitata fuit, vocatis Clericis ſcru
tatoribus prædictis, P. Præſidens illis in virtute ſan-
ctæ obedientiæ præcipiat, vt officium ſuum fideli-
ter agant, ne aliquando reuelare, ſeu alicui manife-
ſtare præſumant, quæ in ſcrutinio dicta, vel geſta
fuerint.

C fuerint. Iam præparatis antea in ſufficienti numero papiraceis ſchedulis, in eis Diffinitores, quiſq; ſeorſum, ſecretò nomina elegendorũ ſingula ſingulis deſcribant in hác formá. Ego frater N. eligo in Maiorem totius Congregationis R.P.F.N. In quibus electionibus ſequendus eſt gradus præcedentium dignitatum, & locorum, incipiendo ab ipſo P. Maiore, deinde ad viſitatores, & Priores ſucceſſiuè tranſeundo. Aduertant autem omnes, vt ſchedulas ipſas nomina continentes benè plicatas, ita vt legi à nemine queant, ſcrutatoribus tradant; eas in pixidem quam ipſi manu tenent propria manu mittentes. Scrutatores verò, illis receptis, è Diffinitorio exeuntes in Cellulam ad hoc ſibi aſſignatam ſe conferát, vbi ſub ſilentio nomina eorum, qui electi ſint, &
D Prælaturæ currentis in modum breuiſſimi memorialis ſcribant, atq; in Diffinitorium reuertentes ſic Patribus referant: R. P. F. N. & N. habent vocem in electione N. Prælaturæ, nominantes quidem electos, & Titulum dignitatis, omnino tamen, & nomina, & numerum eligentium reticentes; Et iterũ ipſis foras egreſſis fiat de vnoquoque electo ſpeciale per ſuffragia ſcrutinium. Attamen præter ea, quæ de dignioribus in his diſcuſſionibus præponendis ſuperius diximus, ſciendum eſt Diffinitores nominatos prius eſſe ſcrutádos, quàm eos, qui foris ſunt, etſi antiquiores ſint profeſſione. Qui ergo plura fauorabilia ſuffragia obtinuerit in ſcrutinio, illam, qua de agitur, Prælaturam obtinebit. & ne quis in errorem incidat, decretum eſt nemini licere ſe ipſum in electione nominare, ſub grauiſſima pęna à Diffinitoribus

toribus

toribus reliquis infligenda: nec non ſcrutatores cognoſcentes in ſchedula hoc crimen, illico Patribus manifeſtent, ſub pęna vnius diſciplinæ circularis. Quod ſi aliquis tractatum malignum in electione aliqua fecerit, intra terminum dierum quindecim vltra conſuetam abſtinentiam ter in pane, & aqua ieiunet, terq; in Cella ſua ſe flagris cedat, ac ter pſalmos pęnitentiales cum litanijs genuflexus dicat. Poſtremo ſemper ille, de quo ſcrutinium habetur, vel de ipſo loquendum eſt, foras egrediatur, longèque fiat, ne quæ aguntur audire valeat. Maior ſocietatis eligi non poteſt is, qui per quinquennium profeſſus in hac Congregatione nõ fuerit, ac niſi antea Prior, ſeu viſitator extiterit, excepto magnæ neceſſitatis caſu, eodẽ modo non poteſt Prior Viſitatorvè creari, qui per quadriennium profeſſus non fuerit, excepta magnæ neceſſitatis cauſa, quo caſu Capitulum diſpenſare poterit. Cuius etiam erit cauſæ qualitatem iudicare. Cęterùm ad totius Congregationis publicam vtilitatem, Religioſamq; concordiam obfirmandam, hoc inuiolabiliter in poſterum obſeruãdum erit, vt videlicet non plures eligi poſſint vocales Priores, vel Prælati, quam ſex ad ſummum ex legatione Peruſina, quodq; ſeruandum erit ſimiliter ex Regno Neapolitano, hoc idẽ pariter ex Regnis Hyſpaniarum. Itemq; ſimiliter ex reliquo ſtatu Eccleſiæ, totidemque ex Sicilia, ac pariter de quolibet alio Regno, Statu, & Dominio ſeparatim obſeruetur. Iam qui ſemel electus Prælaturam recipere renuit, excuſationis rationes in medium adducens, audiendus eſt pro prima vice; Et ſi Patres in prouiſis

A

B

ſteterint

C ſteterint, eorum diſpoſitioni acquieſcat. Ille, qui aliquando Apoſtata, fugitiuus, vel expulſus, vel ob grauem exceſſum incarceratus extiterit, neutiquã Prælaturæ dignitate ornandus eſt. Preterea multum Religioni intereſt Priores Conuentuales ad Trienniũ vſque in eadem Eremo confirmari: quod & fieri debet, niſi ipſe Prior occaſionem reuocandi, ſeu aliter agendi dederit. Verumtamen vltra triennium in eodem loco Priorem perſeuerare non eſt admittendum. At ſi aliqua iuſta cauſa adſit, cum omnibus ſuffragijs ad annum poterit confirmari. Pater autem Maior nullo modo vltra triennium ea dignitate fungi debet, ſicut nec viſitator poſt annũ in officio durare, ſed cũ ſuffragijs cunctis Viſitator ad bienniũ, & non vltra extẽdi valet. Præſidens quis, vel ſcriba
D in duobus conſequutiuè capitulis eodem munere fungi non poterit; ſed interpolatim poterunt.

De reformatione locorum, & familijs conſtituendis. Cap. *VIII.*

POſt Prælatorum electiones conſequens eſt, & familias locorum ordinare, atque fratres ſuis locis, prout neceſſitas, ſeu opportunitas exigit, deputare. Sed præcipuè cauendum eſt, ne ſine cauſa, ſineq; maxima neceſſitate fratres à loco ad locum transferantur, & præcipuè ij, qui ibidem quieti manent. Quæ quidẽ indiſcreta, nimiſque frequens Eremitarum mutatio numquam laudanda eſt, quia multa mala parit, ne-

que audiendi ſunt, quidam inſtabiles, qui quotidie A
velut aues volatiles per omnes Eremos tranſuolare
cupiunt, ſed potius ad ſtabilitatem ſuadendi ſunt,
atque adeò cogendi. Ipſi quoque fratres Girouago-
rum eſſe ſciant ſæpius mutandi quærere cauſas. Cō
ſiderent inſuper Diffinitores in familijs conſtituen
dis, & cuiuſq; loci viuendi facultates, & habitandi
commoditates; ne, ſiquidem locus plus æquo graue-
tur, & fratres neceſsitates patiantur. Sic autem hæc
familię collocatio fiat, vt æqualitas ſeruetur, nemi-
nique grauamen inferatur (ſcriptū eſt enim) Quod
tibi non uis fieri, alteri ne feceris. Accipiant tamen
omnes Priores cum patientia eos, qui ſibi conſigna-
ti ſūt, fratres, niſi aliquid rationi obeſt; nec eſt quod
quiſque ignoret ea, quę à Superioribus (conſilio ha
bito) fiunt, à Deo fieri, ſicque ſaluti animarum B
conſuli.

De Concluſione, & publicatione Capituli.
Cap. VIIII.

PErtractatis omnibus quæ ad diſpoſitionem capituli generalis pertinent declarant Patres locum, & tempus futuri ſequentis anni capituli, & ſi quid illis amplius placuerit, Viſitatores quoq; pro loco reſidētię Maioris, & Viſitatorum nominent, tunc demum cum diligentia recognoſcātur acta capitularia legente ſcriba, cęteris attente audientibus; & quę vero corrigenda ſunt, accurate corrigantur, & emendentur, addātur, ſeu deleantur

pro

C pro vt expediens Diffinitoribus viſum fuerit; & ſignanter notentur ea, quę Patres ſecreta eſſe volunt ne publicentur. Poſtea tandem referuent ſibi Diffinitores triduum, quo ipſi, ſeu maior pars eorum, in eodem loco inuenti, poſſint ſuam auctoritatem vbi opus fuerit exercere; ſed tamen nihil ex his, quę facta ſunt, reuocari poſſint: & ſi quis eorum terminos loci egreſſus fuerit, auctoritatem amiſit. Quę omnia ſic emendata deſcribantur in libro actorum diſtinctè, & ordinatè, legibilique charactere per eundem ſcribam, ſeu per alium, dummodo ipſe ſe propria manu ſubſcribat. Demum craſtina die miſſa celebretur cum oratione Deus qui nos à ſeculi vanitate, & poſt Nonam, finita ordinaria oratione (vti ſupra diximus) campanula pulſante omnes Eremitę, qui in

D eadē Eremo ſunt, in Capitulo culparum (vt in principio factum fuit) congregentur, vbi ſedentibus cunctis P. Pręſidens breui quodam ſermone omnes hortari ad veram, promptamq; obedientiam debet, crucem item quemque ſuam ampleçtendam, libenterque portandam inſtruere. Quo tacente aſſurgat ſcriba, & ſtans ante Altare, alta, & intelligibili voce diſtinctè omnia geſta, decretaque Patrum, pręter ea quę tacita eſſe voluerunt, omnibus audientibus publicè vti verus Notarius legat. Publicatione finita vnuſquiſque Pręlatus in ſuum locum ſecundum gradum Pręlaturę aſcendat. Qui autem Pręlati non ſunt, locum ſuę profeſſionis teneant. Iam ſingulis ſuo loco diſpoſitis, P. Maior intonet Canticum Te Deum laudamus: quo decantato, ſi aliquid habet dicat in confirmationem earum, quę P. Pręſidens

ante

ante dixerat cum quadam ad omnes admonitione, A vt ab omnibus definitiones in Comitijs ordinatæ ad vnguem obſeruentur, annuncians quoq; his, qui alibi quoque deputati ſunt ſiuè Prælatis, ſiuè ſubditis, quatenus intra triduum ſe expediant, ſuumque iter arripiant, atq; cum diligentia ad locum ſuæ obedientiæ ſe conferant. Item prohibebit ne quis ſine licentia, & conſenſu Prioris eiuſdem loci quicquam inde ſecum deportet. Præter hæc ordinauerunt Patres, vt quiſque Prior ea acta, ſiue decreta, quæ ad ſuum locum pertinent, & ad communem obſeruantiam, copia deſumpta ſecum deferat, & in libro ſuæ Eremi (denunciata prius ſuis Eremitis, ac familiæ) deſcribat. Et qui reſcribere, accipereve neglexerit, vel ipſe met Prior, vel in eius abſentia primus dignitate, aut profeſſione illius loci, atq; familiæ, qui præſens fuerit, ſemel in pane, & acqua ieiunet, & ſeptẽ B pſalmos pœnitentiales cum litanijs, & orationibus genuflexus dicat. Vltima igitur manu celebrationi Capituli impoſita, reſtituantur per Depoſitarium Prioribus crumenæ, cuiq; ſua cum pecunijs in depoſito adnumeratis, ita vt ſi quæ deſint (expenſæ forſitan pro aliquo negocio communi) illico reſtituantur.

De auctoritate Patrum Maioris, & Viſitatorum. Cap. X.

VEtus conſtitutio eſt, qua cauetur, vt Patres Maior, & Viſitatores tres ſimul, & etiã Maior cum altero ex viſitatoribus in omnibus Eremis, ſeu

C locis Congregationis noſtræ circa item perſonas, reſque eiuſdem eandem infra annum auctoritatem habeant, quam ſuo tempore generale Capitulum habere ſolet; ſed excipiuntur ea, quæ in iſtis Conſtitutionibus, vel per alias definitiones, declarationesvè per Patres Diffinitores Generali Capitulo expreſsè ſunt reſeruata, ſeu in aliquo limitata. Atqui P. Maior ſolus, ubi ipſe Prior nõ eſt, curam loci proprio Priori intactam relinquat, nec in aliquo circa domus regimen ſe intromittat. Poſſet tamen ipſe Prioratum Montis Coronæ (vbi reſidet) ſimul cum Maioratu obtinere. Veruntamen, etſi in præiudiciũ Priorum non poſſit de rebus loci diſponere, aut culpas fratrum in ſabbatho audire; poteſt nihilominus perinde generales, atque particulares debitas correctiones Prioribus, & ſubditis ſimul, & cuilibet eorũ

D facere, & iuſto modo punire in viſitationibus, & extra, quoties, & quando oportere iudicauerit. Eidẽ plene licebit, vel cum ambobus Viſitatoribus, vel cum altero eorum, & loca, & perſonas Congregationis viſitare, quando, & vbi placuerit, nec non fratres à loco in locũ mutare, & alia omnia agere, quę & locis, & perſonis expedire illis viſum fuerit. Quæ tamen mutationes raro, aut nunquam fiant, niſi periculum animarum immineat, aut neceſſitas cogat. Qui vero libenter, & cum quiete aliqua in Eremo moratur, nullo modo inquietetur. At ſi aliquis, vel mutatus, vel pro aliquo negocio à loco ad locum ſe tráſferat, dimiſſorias, teſtimonialeſvè litteras à Priore obtentas ſecum deferat, aliàs in locis noſtris pro vna tantùm nocte hoſpitio recipiatur, niſi eius tanta

ta ſit integritatis, virtutiſque opinio, quæ omne ſu- A ſpicionis dubium tollat. In omni loco, & tempore, Maior cum duobus Viſitatoribus intra annum poteſt, non ſolum quemcunque fratrem, verum etiam quemcumque Prælatum corrigere, atq; , ſi neceſſarium viſum fuerit, ſeu expediens, pro arbitrio punire. Si rurſus illis tribus ſimul, vel Maiori, & alteri Viſitatori viſum fuerit, tam in actu Viſitationis, quam extra, aliquem fratrem animaduerſione dignum fore ſeu etiam propter incorrigibilitatem, eſſe à Congregatione præſcindendum, ſi periculum in mora ſit generale Capitulum expectare, poſſunt rem executioni mandare, in quibus tamen ſeruetur ordo ſupra cap. 38. deſcriptus. Præſcripti autem redire cupiẽtes à ſolo Capitulo Generali admitti queũt. Attamen ſi delinquẽs Prælatus fuerit, intra annum B deponi nõ poteſt, niſi infidelitatis, hereſeos, ſciſmatiſve conuictus extiterit, aut certè mandatorũ Dei, & Eccleſiæ Catholicæ, Regulę, & Conſtitutionum, ſiue ordinationum, definitionũmque generalis Capituli, & ſanctæ obedientiæ expreſſus contemptor reperiatur. Adde, ſi Religioſorum morũ corruptor, aut ita negligens eſſe cõprobetur, vt euidenter graue ſcandalum, damnum, ſeu ruinam Congregationi locoue, cui ipſe præeſt, euenire poſſe dignoſcatur. Verũmtamẽ huiuſmodi reus, ante quàm ad depoſitionem deueniatur, quater per Maiorem iuſtis terminis aſsignatis admonendus eſt ut deſiſtat, & emendetur. Quod ſi deponendus Maior Congregationis eſſet, ab ipſis viſitatoribus illi admonitio agatur, vnde ſi emendatio minimè ſequatur, vocẽtur quatuor

C alij Prælati, qui ſimul cum Patribus viſitatoribus ad depoſitionem, vel caſtigationem Maioris procedãt, nec minor numerus eum iudicare valebit. Præterea ſi Maior depoſitus fuerit (vt ſupra dictum eſt) vel diſceſſerit à Congregatione, vel certe intra annum obierit, tunc ad creationem noui Maioris ſex ſimiliter Prælati (quemadmodum in depoſitione eiuſdẽ) neceſſarij ſunt, à quibus electus legitime creatus ad tempus Capituli vſq; intelligatur. Ad depoſitionem vero, atq; ad creationem depoſiti, mortuiue Prioris, ſeu recedentis, nec non ad mutationem Priorum de vno prioratu ad alium, Maior cum viſitatoribus, adiunctis duobus alijs Patribus, qui in loco vbi facienda eſt electio reperiuntur primi in dignitate, vel ex Senioribus, ſi non adſint in dignitate cõſtituti, & ab
D his oĩbus nouã electionem canonice fieri ſtatuimus per vota ſecreta iuxta ſanctionem ſacro ſancti Concilij Tridentini ſeſſ. 25. cap. 6. Tandem donec nouus Maior eligatur in defectum depoſiti, ſeu demortui, ipſosq; viſitatores pro Maiore adminiſtraturos eſſe iã olim ſtatutum eſt. ſi forte cõtigerit Maiorem ſimul cum altero viſitatore in ſimile crimen incidere; alter viſitator cum quinq; Patribus illos deponet, aut ſecundùm qualitatem delicti iudicabit. ſi vnus ex viſitatoribus modo quo ſupra præuaricatus fuerit Maior cum altero viſitatore, & tribus Patribus præſentibus in dignitate conſtitutis, & in eorum defectu ex Senioribus eum deponant, & alium eligant, & quicquid maior eorum pars decreuerit ratum habeatur. Sed ſi contigerit ambos viſitatores deliquiſſe, tunc Maior cum alijs quinque Prælatis procedat

ad

ad depoſitionem, ſeu correctionem, nec nõ ad crea- A
tionem eorum. In his autem nouorum, ſeu aliorum
loco ſubſtituendorum electionibus ad tempus ſunt
obſeruandæ exceptiones perſonarum, quæ ſupe-
rius de Prælatis eligendis adnotantur. Auctoritas in
ſuper Maioris ſola ſufficiens erit ad quaſcumq; pœ-
nitentias intra annum à Prælatis, & etiam à Conſti-
tutionibus taxatis (ſi hoc petierint pęnitentes humi
liter) diminuere, aut remittere, ſicut melius ad ſalu-
tem animarum conuenire iudicauerit. Idem facere
poterunt in actu viſitationis, & nõ extra ipſi Patres
viſitatores. Dubia vero quæcunq; magni momenti
ſunt, quæ ad Cultum Diuinum, ſeu Cerimonias per
tinent, Item quæ ex Conſtitutionibus, ſeu quibuſ-
cunq; Patrum declarationibus deſcendunt, oriũtur-
ue, poterit Maior cum viſitatoribus, ſeu altero eorũ B
in actu viſitationis, & extra interpretari. Sed dubie-
tates minoris momenti Maior ſolus declarabit, & vi
ſitatores in actu viſitationis tantùm. Eodem modo
Priores leues ambiguitates declarabunt à maioribus
penitus abſtinentes. Quamq; ipſi, tam Maior, quàm
viſitatores, & Priores, quæ ſint maiores, quæue mi-
nores iudicabunt, & eorum interpretationi ſemper
ſtandum erit. Qui ſi perperam interpretati fuerint
iudicio Capituli Generalis ſubiacebunt, & quando
inter Priores, & ſubditos ſuper his diſſenſio orietur
ad Maiorem currendum erit, & eius declarationi ac-
quieſcendum in omni tempore, ſed viſitatorum in
actu viſitationis tantùm. Intra annum omnia nego
cia, & caſus occurrentes Congregationis ad Patrem
Maiorem deferãtur, cui incumbit eorum expeditio,

C faciétq; ordinationes Generales Capituli obſeruari, & eiuſdem pręcepta executioni mandari, nec non antiquas conſuetudines,bonos mores, & obſeruantias Religionis cuſtodiri. Quod & Priores intra terminos ſuæ Iuriſdictionis diligenter adimplere curabunt; aliàs ſuper hoc in conſcientia onerentur. Et deinde negocia, quæ præ ſua difficultate, ſeu pondere Priores per ſe definire nequeunt, cum Maiore ſemper (ſi fieri poteſt)conferantur, aut cum viſitatoribus in viſitatione. Cum tandem omnia,quæ ad ſuas Eremos pertinent,Priorum humeris videantur impoſita,ſatagant illi ſic ea expedire,vt ſui Eremitæ in ſancta pace,& quiete animi degere valeant. Magno Zelo animarum præcipiunt Patres Diffinitores vti lites,& controuerſiæ rerum temporaliũ(inquã-
D tum poſſibile fiat)deuitentur,& concordia cum vera pace cum omnibus quæratur,& ſeruetur: ſed ſi neceſſarium ſit pro aliquo intereſſe agi,prius omnibus honeſtis mediis concordia procuretur, & tandẽ ad arbitrium boni viri per cõpromiſſum, ſeu alio quouis modo remittantur. In iudicio numquàm niſi penitus coactus Eremita compareat, qđ ſine ſcãdalo, & conſcientię damno fieri nequit. Si vero Priores, ſeu Economi pro ſupradictis negociis auxilio,vel cõſilio egent,Pater Maior, & viſitatores ſuppleant cũ charitate. Cum ipſi Patres viſitatores de ordine, & conſenſu Patris Maioris Eremos Congregationis viſitabunt,eandem auctoritatem retinebunt,quam cum ipſo Maiore ſimul habere ſolẽt, ſed locum vbi ipſi reſident non poterunt viſitare:& ſi inter viſitandum aliquid arduum, aut difficile occurrerit,Maio-

tem ipſius caſus deciſionem conſulant, ac ſi cōmodè fieri poteſt, eius ſententiam expectent. Nec pōterunt abſq; Maioris conſenſu renunciationem alicuius Prioratus recipere, immò talis renūcians Prioratu ſuo ab ipſis viſitatoribus diſciplina circulari plectatur, antequàm res ad Maiorem intimetur. Notandum autem eſt auctoritatem viſitatorum communem inter vtroſq; eſſe, ita quidem vt alter ſine altero ſuam Iuriſdictionē nullibi exercere queat, niſi per Maiorem, & alterum viſitatorem vnus eorū ad viſitandum aliquem locum, vel ad aliquid agendum demandatus fuerit, qui tunc cum ſocio Sacerdote miſſus plenam (niſi limitata ei fuerit) vtriuſq; mandantis Iuriſdictionem habebit, circa tamen negocium ſpecialiter ſibi commiſſum, & non ultra. Nec omittant viſitatores, quando à loco eorum reſidentię diſcedunt, eorum vicem gerentes ęligere, ſibiq; ſubſtituere, qui durante eorum abſentia valeant cū Maiore eſſe, & negocia cum plena auctoritate expedire. Et quia primi in dignitate qui domi remanent eligi hucuſq; obtinuit conſuetudo, idem in poſterū obſeruare (niſi iuſtis de cauſis, & matura conſideratione aliter faciendum) laudabile erit. Illi inſuper viſitatores ad locum reſidentię Maioris, & viſitatorū deputati, nō illuc accedant, nec auctoritate ſua vtantur quo vſq; Paſcha tranſierit niſi à Maiore vocati anteą fuerint. Debent attamen viſitatores ordinarij ſemper in loco Maioris cohabitare, quia ſimul iuncti commune, ac ſupremum Tribunal Congregationis conſtituunt. Quibus non ſolum cura erit occurrentia cuncta negocia prudenter, ac rationabiliter

C biliter expedire, verùm etiam indigentiis locorum de redditibus cōmunibus Cōgregationis ſuccurrere in quantum fieri poſſit ſine grauamine ęris alieni contrahendi. Iidē Patres viſitatores tanquàm Conſeruatores generalis obſeruantię, vltra Eremos, & Conuentus, viſitare debent etiam beneficia curata, & non curata, & in eis quę viderint neceſsaria prouidere. In ſumma Patri Maiori, & viſitatoribus ſimul plena auctoritas data eſt locum & tempus futuri Generalis Capituli cum rationabili cauſa & ex vera neceſſitate ad libitum mutandi, dummodo vltra octauam Pentecoſtes non differatur.

De receptione nouorum locorum. Cap. XI.

D SI à deuotis, ac fidelibus viris locus aliquis Congregationi offeratur, recipi poteſt, & debet, ſi tamen infraſcriptas conditiones habuerit. Licebit quoq; Patribus, quoties loca nōſtra multitudinis fratrum capacia non fuerint, noua loca quærere, iuſtiſq; modis recipere, & Congregationi aggregare. Recipiendi autem facultas penes Capitulum Generale erit. Hoc tamen addito, ne locus recipi aliquo mō valeat, in quo duodecim Eremitæ ali, & ſuſtentari nequeant. Multæ in locis recipiendis circunſtantiæ conſiderandæ ſunt, & in primis Situs, regio, & ſolitudo loci, vt ſcilicet Eremitico Inſtituto conueniant, & adaptari valeant. Ac præcipuè eorum proſpectus ad meridiem, & orientem vergat; nequaquàm autem ad ſeptentrionem

Syluas habeant propter lignorum neceſſitates den- A
ſas,& dilatatas,& aquam in abundantia.Tria ſiqui-
dem Eremitis neceſſaria ſunt, ſine quibus, & vno
quoque eorum ſtare Eremitorium noſtrum non
poteſt; nimirum ſol, ligna, & aqua.Multum etiam
iuuat,cum ſitus deuotionem redolet, & inter fide-
les,ac deuotos Populos conſiſtit.Quas quidem cō-
ditiones loca noſtra habere debent, ſed ſi omnes
non adſint,ſaltem præcipuę non deſint.Quàm tan
dem longè ab vrbibus eſſe debeant, quomodoque
ædificata, & adaptata eſſe debeant,ſupra capite pri-
mo Regulæ exactiùs traditum eſt. Super hoc ſta-
tuerunt Patres,loca, ſeu Eremitoria ſemel ex voto
Capituli Generalis recepta,& maximè ſi iam ea ha-
bitari à noſtris cęperunt, nequaquàm niſi ex decre
to eiuſdem Capituli derelinqui, ſeu deſeri valeant. B
Quod tamen valde aduertendum eſt propter dam-
na,& maxima ſcandala,quæ oriri poſſunt. Atqui ſi
iuſtis de cauſis id agendum fuerit, & diſceſſus inde
faciendus,eo meliori modo fiat,quo Populi, ſeu fi-
deles inde ſcandalum accipere nequeant.

Concluſio, & Confirmatio Conſtitutionum. Cap. XII.

TAndem, quæ ad ſalutiferam Eremiticæ vitæ obſeruantiam pertinere videbantur,ſatis plenè retroſcripta pagina explicata noſcuntur, atque adeo pulchrè cuncta ordinata, diſtincta, & ſuis locis diſpoſita, ac Regulæ ſanctæ præceptis

perinde

C perinde ſingula ſingulis coaptata apparent, vt amplius quid deſiderari vix poſſit. Perducto itaque ad iuſtam menſuram opere, ne in caſſum labor, vt ſæpe ſolet, aut in vanum cedat, ne ve tam ſancta inſtitutio ſine fructu noſtræ cohortis militum malè pereat, æquum ſenioribus noſtris viſum eſt, plena auctoritate omnia, & ſingula præcedentia ſtatuta per expreſſam confirmationem ſtabilire, & approbare. Ideoq; ad maiorem pertractatæ rei firmitatem, ac robur, vnanimiter ſanxerunt Patres, vt omnes, & ſingulæ Conſtitutiones, quæ in hoc volumine deſcriptæ continentur, perpetuæ ſint, & inuiolabili cuſtodia ab omnibus Eremitis ſocietatis noſtræ præſentibus, & futuris fideli animo ſimul cum Regula ſanctiſſimi Patris noſtri Benedicti in perpetuũ ob-
D ſeruentur: quæ quidem Conſtitutiones nunquàm in totum, vel in parte reuocari, mutari, ſeu alterari poterunt, niſi per duo conſequutiua Capitula Generalia cum omnibus ſuffragijs, vel per tria Capitula Generalia continua cum duobus tertijs reuocata, mutata, vel alterata fuerint: ordinationes verò perpetuæ, acta ſcilicet Capitularia ad communem obſeruantiam ſpectantia, quæ quot annis neceſſitate cogente per Patres Diffinitores fieri conſueuerunt, ſemel legitimè conditæ, ac modo ſupra ſuo loco adnotato confirmatę, ne ipſę quidem, niſi duorum (vti diximus) comitiorum reprobatione, annullari, ſeu deleri valebunt. Atque vtinam faxit Deus optimus Maximus, vt omnia hec, quę quidẽ ad bonum Religionis, & piarum mentium ac Deum timentium inſtructionem elaborata, prępara taque

ſunt

ſuēt, ſemper in ſuum optabilem honorem, & ſalutem animarum ſeruorum ſuorum fęliciter ſuccedant. Amen. A

Forma Induendi Nouitios. *Cap.* *XIII.*

QVando probatione quadraginta dierum exacta acceptatus à Capitulo Nouitius ad habitum fuerit, probè cognitis ab eo vitę noſtrę inſtitutis, confeſſioneq; generali peracta, pridie eius diei quo veſtiendus eſt, nimirum feſti (niſi aliter neceſſitas facere cogat) parentur indumenta munda, quibus eum decorari oportet, tondeaturq; capite more noſtro. In craſtinum autem celebret Miſſam Conuentualem Superior, quo ſacrum faciente ſtatim ante offertorium Magiſter exhibeat Nouitium ante Altare edoctum prius quid dicendū, faciendumve ei incumbat, iamque antea ſubtus tunicella indutum. Ad quem genuflexum palmis ſupplicibus, ac nudo capite ad ſtantem conuerſus Sacerdos dicat. Quid poſtulat Charitas veſtra? Cui ille alta voce reſpondere debet. Miſericordiam Dei, & habitum veſtrę ſanctę Religionis Eremiticę regularis humiliter peto. & Sacerdos. Plene ne exploratam habetis fili, maturaque conſideratione perſpectam formam, ac ſeriem vitę noſtrę, pro vt in Regula, atque Conſtitutionibus continetur? quàm ſit auſtera ſcilicet, & ardua, ne forte poſt hęc ſuccumbentibus vobis perſeuerantia interdicatur. Nouitius. Reuer. Pater optime perpendi, ac ritè conſi- B

C deraui omnia, & quamuis cognoſcam vires meas tanto negocio impares eſſe, nihilominus confido de gratia omnipotentis Dei, ſperoq; auxilio ipſius, & veſtrum omniũ orationibus me peruenire poſſe ad culmen huius vrę ſãctę vitę, atq; permanſurũ vſque ad mortem, quemadmodum fecerunt prędeceſſores mei, qui perſeuerauerunt vſque in finẽ. Qua propter rogo vos amore Dei, quatenus habitum ſanctum veſtrum mihi concedere non grauemini. Depręcantes Dominum Deum, vt ipſe pro ſua pietate, & miſericordia gratiam mihi impartiri dignetur, qua meam bonam voluntatem proſequi, ac bonum deſiderium meum perficere queã. Tunc demùm concludat Sacerdos dicens. Fiat vobis ſicut credidiſtis, ac petiſtis, & gratia Dei maneat ſemper
D vobiſcum in auxiliũ veſtrum. Deinde incipiat pſalmus Miſerere, ac proſequatur cũ Magiſtro ex vna parte, & Chorus ex altera vſque in finem cum gloria Patri. Inde Chirieleyſon. Pater noſter, & ne nos ℣. Saluum fac ſeruum tuum Domine. ℣. Oſtende ei Domine miſericordiam tuam. ℣. Eſto ei Domine Turris fortitudinis. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto. ℣. Domine exaudi orationem meam. Verſ. Dominus vobiſcum cum ſuis reſponſorijs a Choro faciendis, quibus abſolutis Sacerdos conuerſus ad Altare precatur hoc modo. Deus indulgentiæ pater, qui ſeueritatem tuæ diſtrictionis temperans indulſiſti ne filius portet iniquitatem Patris, & qui mira diſpenſatione etiã malis benè vtens tuæ dignationis gratiam per eos frequenter operaris, quæſumus clemẽ

tiam

tiam tuam, vt huic famulo tuo non obſiſtat quod A habitum ſanctæ Religionis huius Eremiticæ per nos tanta, ac tali re indignos accipit, ſed miniſteriũ, quod per nos exteriùs exhibetur, tu intenùs per donum ſancti ſpiritus exequaris. Per Dominum noſtrum. Deus qui per coęternum Filium tuum cuncta creaſti, quique mundum peccatis inueteratum per myſterium Incarnationis eius innouare dignatus es, te ſuppliciter exoramus, vt eiuſdem Domini noſtri gratia ſuper hunc famulum tuum conuerſationibus ſæculi abrenunciantem, & in propoſito huius Eremiticæ Regularis vitæ renouari cupientem, & petentem, reſpicere digneris, per quam in ſpiritu mentis ſuæ renouatus veterem hominem cum actibus ſuis exuat, & nouum, qui ſecundum Deum creatus eſt, induere mereatur, Per eundem B Chriſtum Dominum noſtrum &c.

Domine Ieſu Chriſte, qui es via, ſine qua nemo venit ad Patrem, quęſumus benignisſimam clementiam tuam, vt hunc famulum tuum à carnalibus deſiderijs abſtractum per iter diſciplinę Regularis Eremiticę deducas, vt qui peccatores vocare dignatus es, dicens. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Pręſta vt hęc vox inuitationis tuę ita in eo conualeſcat, quatenùs omne priſtinum pondus deponens, & quàm dulcis es guſtâs, tua refectione ſuſtentari mereatur. Et ſicut atteſtari de ouibus tuis dignatus es, agnoſce eum inter oues tuas, & ipſe te agnoſcat, vt alienum non ſequatur, ſed te, neq; audiat vocem alienorum, ſed tuam qua dicis, qui mihi miniſtrat me ſequatur Qui &c.

Sancte

C Sancte ſpiritus benigniſsime Paraclete, qui te Deum, ac Dominum reuelare dignatus es mortalibus, immenſam tuę pietatis gratiam poſtulamus, vt ſicut vbi vis ſpiras, ſic huic famulo tuo affectum deuotionis infundas, & quoniã tua ſapientia eſt cõditus, tua quoque prouidentia gubernetur, quęſumus vt iuxta tibi conſuetam gratiam unctio tua de omnibus eum doceat, & per interceſsionem Beatiſsimorum Patrum noſtrorum Benedicti, & Romualdi, quos pręcipuos huius ſanctę inſtitutionis legislatores dediſti, aliorumque ſanctorum tuorum omnium, fac eum ad Sanctam vitam veraciter conuerti, vt ſicut es omnium peccatorum remiſsio, ita deprimentes omnes faſciculos impietatis in eo diſſolue, & ad perfectam propoſiti huius conuerſationẽ,
D quam ſanctiſsimi Patres in Aegypto conſecrauerũt, nouiſsime verò Beatiſsimus Pater noſter Romualdus in lucem reformauit, eius inuiolabilem obſeruantiam fac eum certatim feruere, vt in omnibus tribulationibus, & anguſtiis tua indeficiente conſolatiòne valeat reſpirare. Qui cum Deo Patre, ſanctoq; vnigenito filio eius D. N. Ieſu Chriſtò viuis, & gloriaris Deus &c. His orationibus completis, Sacerdos, & Magiſter dicat flexis genibus vſque in finem Hymnum veni Creator ſpiritus, Choro reſpõdente vti pſalmum Miſerere dixerunt alternatim, Deinde ſacerdos Nouitium expoliet dicens exuat te Dominus veterem hominem cum actibus ſuis, Ac noſtro eum amicto veſtiendo dicat. Induat te Dominus nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. Atque

cingendo

cingendo dicat, Præcingat te Dominus nouum hominem, &c. Choro ſimiliter eadem uerba repetente. Deinde ſacerdos orabit dicens. Domine Ieſu Chriſte, qui tegumen noſtræ mortalitatis induere dignatus es, immenſam tuę largitatis abundantiam obſecramus, ut hoc genus ueſtimenti contemptus mundi ſignificans, quod ſancti Patres ad innocẽtię, & humilitatis indicium abrenunciantes ſeculo ferre ſanxerunt, huic famulo tuo, qui eo indutus eſt, taliter proſit, ut te quoque induere mereatur, beateq; abnegationis habitum, quem (te aſpirante) ſuſcepit, te protegẽte cuſtudiat, & quem ſanctę Religionis ueſtibus corporaliter induiſti, beata facias immortalitate ueſtiri. A

Deus, qui Beatisſimos Patres noſtros Benedictũ, & Romualdum abſtractos à Mundi turbinibus tibi ſoli militare iusſiſti, tribue quęſumus huic famulo tuo ſub eorum magiſterio ad tuum ſeruitium feſtinanti perſeuerandi conſtantiam, & perfectam uſq; in finem uictoriam. B

Pręſta Domine famulo tuo cunctis uanitatibus ſęculi abrenunciãti gratię tuæ ianuas aperiri, ad teq; confugientem iube ſereno uultu ſuſcipi, & ne de eo triumphare ualeat inimicus, tribue ei brachium infatigabile auxilii tui mentem eius fidei lorica circundans, ut tentamẽta Diaboli, & pericula cuncta tandem ſe gaudeat euaſiſſe. Per Dominum &c. Poſt hæc aſpergatur Nouitius aqua benedicta dicendo Aſperges me Domine &c.

Ac imponatur ei aliud nomen alicuius ſancti inſignis, præſertim cuius eo die feſtum agitur, aut cer-

C tè alicuius noſtri Eremitæ defuncti memorabilis; quo nomine non vocetur alius quiſquam in Congregatione, quod minimè prætermittatur. Tandem adhibeat Sacerdos aliquam egregiam adhortationem, qua Nouitius toto conatu ad perſeuerantiam, iterque perfectionis viriliter capeſcendum efficaciter accendatur. Poteritque id facere ſumpta occaſione ex nomine, ſiue ex habitu, ſiue tandem ex Epiſtola, vel Euangelio Miſſæ, pro vt illi melius viſum fuerit, ac in fine benedicat eum dicēdo, Benedictio Dei omnipotentis Patris & filij, &c. Deducat eum poſt hæc Magiſter in locum ſuum, & ſpolia eius, ac omnia quæ illius ſunt, in commune pœnu porten-
D tur, vbi vſque ad tempus profeſſionis tutè aſſeruentur, & Sacerdos Miſſam proſequatur, & finiat.

Forma profitendi fratrum noſtrorum Eremitarum. Cap. XIIII.

COmpleto tempore probationis Nouitij, eoque ad profitendum per Capitulum admiſſo (Confeſſione quoque generali peracta) die quo profeſſionem emiſſurus eſt, celebret Miſſam Conuentualem Superior, & ante offertorium conuerſo celebrante ad fratres Nouitius iam præſentatus coram Altari capite nudo legat alta, & intelligibili voce profeſſionem ſuam ſcriptam prius ab ipſo met in libro profeſſionum, aut ab alio nomine, & rogatu ipſius, neſciente ipſo ſcribere. Cuius profeſſionis forma iſta eſt, quæ communis erit omnibus

tàm ſacerdotibus, & Clericis, quàm etiam laicis, nec A
non & illis, qui alterius Congregationis profeſſi extitiſſent.

Forma Profeſſionis.

EGo Frater N. promittó ſtabilitatem meam in hac Congregatione Eremitarum Sancti Romualdi ordinis Camaldulenſis, & morum meorum conuerſionē, paupertatem, caſtitatem, atque obedientiam, ſecundum Regulam Sancti Patris noſtri Benedicti, & Conſtitutiones dictæ Congregationis ante conſpectum Dei altiſſimi, & omnium Sanctorum eius, & ſpecialiter eorum quorum reliquiæ in hac Eccleſia habentur, & in præſentia R. P. B
F.N. Prælati loci, & aliorum fratrum qui præſentes inueniuntur. Die. Men. Ann. Quam perlectam profitēs Altari imponat ſuper cornu Epiſtolę, ſignetq; eam in medio ſigno Crucis (penna, & atramento per ſacriſtam in eo loco præparatis) Deſerens ſuper Altare ipſum libellum profeſſionum, quem depoſitum inde ſacriſta ſacrario reponat, atque cuſtodiat. Ipſe verò Nouitius deoſculans Altare reuertaturq; ante illud, vbi ſicut prius genibus flexis, capite aperto, & manibus iūctis dicat altiuſculè, Patres mei orate pro me; Et tunc Sacerdos præcetur in hunc modum; oremus fratres Chariſſimi, vt quod Frater iſte dic profeſſus eſt, opere fęliciter compleat auxiliante Domino Noſtro Ieſu Chriſto, qui &c. Deinde exurgens Nouitius dicat eleuans in principio, & in

R fine

C ſine iungẽs manus, ac ſimul genua flectens, ter hũc verſum, videlicet. Suſcipe me Domine ſecundũ ęloquium tuum, & viuam, & non confundas me ab expectatione mea. Choro eundem ſingulis vicibus perſonante, & ad Gloria Patri, quam idẽ Nouitius ſubdet ſimiliter, addente ſicut erat in principio &c.

Conſequenter Sacerdos benedicat cingulũ nouũ iam antea à ſacriſta in pelluuio vaſe præparatum dicendo hanc orationem. Domine Deus bonarum virtutum dator, & omnium benedictionum largus infuſor, te ſubmiſſis præcibus exoramus, vt hoc cingulum, quo iſte famulus tuus pro indicio agnoſcendæ Religionis, & Crucis Chriſti fortiter amplexandæ præcingi deſiderat, & expoſcit, ita benedicere, & & ſanctificare digneris, vt felici tuæ dilectionis vin-
D culo indiſſolubiliter adſtrictus, & in ſuæ profeſſionis obſeruatione iugiter perſeuerans, tibi tandem in perpetuum coniungatur in Cęlis per &c.

Hic aſpergat aqua benedicta, & incenſet aliquantulum tàm ipſum Nouitium quàm cingulum eius, & detrahendo vetus dicat, exuat te Dominus veterẽ hominem cum actibus ſuis, pręcingendo verò eum nouo ſubdat hæc: Induat, & præcingat te Dominus nouum hominem; qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. Choro hæc eadem dicente, exuat, induat, &c.

Deinde ſacerdos ſequitur Chirieleyſõ, Pater noſter verſ. & ne nos. verſ. ſaluum fac ſeruum tuum Domine. verſ. oſtende ei Domine miſericordiam tuam. verſ. eſto ei Domine turris fortitudinis. verſ. Nihil proficiat inimicus in eo. verſ. Mitte ei Domi-

ne auxilium de ſancto, verſ. Domine exaudi oratio- A nem meam: verſ. Dominus vobiſcum cum ſuis reſponſorijs per Chorum faciendis, oratio. Omnipotens ſempiterne Deus, cuius charitatis ardore ſuccéſſus hic famulus tuus ſtabilitatem ſuam tibi in hac Congregatione promittendo tuo iugó collum ſubmittit, concede propitius, vt per interceſſionem ſanctorum Patrũ noſtrorũ Benedicti, & Romualdi in vltimo tui examinis die in dextera tua collocatus cũ cta deuotionis ſuæ promiſſa ſe adimpleſſe lętetur. Poſt hæc præcinat canticum, Te Deum laudamus proſequaturque vſq; in finem, vt ſupra, alternatim. Quo finito, nouiter Profeſſus ſe ſuper pannum nigrum in dextrum latus collocet, capite ceruicali ſuperpoſito, & altero ſimili pannó longè diſtẽtus operiatur: ad cuius caput, & pedes, duæ candelæ, trium B vnciarum ponderis ſingulæ, accendantur, & ita vſq; ad communionem ſacerdotis permaneat, ſe totum interim offerens Deo, & illum deprecans pro toto Mundo. Hauſto igitur ſanguine ſacerdos nouum profeſſum compellans exclamat, ſurge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Ipſe itaq; exurgens, ſolus, vel cum alijs accedat ad cõmunionem, & ſumpta purificatione iterum genuflectat coram ſacerdote, qui benedicat eum dicens. Benedictio Dei omnipotentis Patris, & filij, &c. ac hortetur eum ad promiſſorum obſeruantiam, & ſeruidam vſque in finem in Congregatione perſeuerantiam. Tandem, vt cognoſcat ſe per emiſſionem profeſſionis eſſe effectum membrum Congregationis, ipſum ſacerdos oſculetur oſculo pacis. deinde

C ſinguli Patres, & fratres, ſecundum gradum, vel profeſſionem, eum amplexentur, prȩcantes eidem perſeuerantiam in his verbis: Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum: Ex hoc nunc, & vſq; in ſȩculum, illo reſpondente, orate Deum pro me. Sacerdos Miſſam abſoluit, & Profeſſus ad locum ſuum pergit.

IL FINE.

Imprimatur
Fr. Vinc. Caſtruum gener. Inq.
Peruſiæ, & Vmbriæ.

PAVLVS

PAVLVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

RATIONI congruit, & conuenit honeſtati, vt ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet eius ſuperueniente obitu litteræ apoſtolicæ confectæ non fuerint ſuper illis, ſuum conſequantur effectum.

Dudum felicis recordationis Clementi Papæ VII. prædeceſſori noſtro, pro parte dilectorum filiorum maioris, viſitatorum, Priorum, & fratrum Societatis heremitarum ſancti Romualdi Camaldulenſis ordinis expoſito: Quod olim poſtquam piæ memoriæ Leo Papa X. etiam prædeceſſor noſter quondam Paulo veneto, & quibuſdam aliis in litteris tunc expreſſis Heremitis ſacri Heremi dicti ordinis Aretinę diœceſis expreſſe profeſſis ardore maioris obſeruantiæ, & perfectioris vitæ Heremiticæ feruentibus inter alia, quod in quibuſuis locis etiam extra Italiam

& loca vltramarina, Monaſteria, Heremitoria, & religioſa loca erigere: Et poſtquam erecta forent, omnibus, & ſingulis indultis, & priuilegiis quomodolibet a ſede apoſtolica Heremitis ſacri Heremi huiuſmodi, ac Congregationi eiuſdem Heremi, & ſancti Michaelis de Murano conceſſis gaudere, & habitum eiuſdem religionis aliis exhibere poſſent, per ſuas in forma breuis litteras licentiam conceſſerat: & ipſe Paulus cum vno Socio Heremita vigore conceſſionis huiuſmodi ad id electo ad locum Criptarum nuncupatum Caſtri Maſſatij Exin. diocefis, qui tunc membrum Heremitarum ſacri Heremi prædicti erat, acceſſerat, & ad eoſdem Paulum, & Socium, diuerſæ multarum partium tam eccleſiaſticæ & religioſæ, quàm ſeculares perſonæ indies ad eoſdem venientes, cum eodem Paulo, & Socio ſe con iunxerant. Et præfatis Paulo, & Socio, & ſucceſſiuè receptis perſonis, nonnulla loca Heremitica, partim ferè diruta, & partim ædificari cępta, quæ poſtmodum ipſi reſtaurauerant, & quaſi de nouo ædi ficauerant, tam a ſede apoſtolica, quàm a diuerſis Chriſti fidelibus eccleſiaſticis, & ſecularibus perſonis donata, & conceſſa fuerant. Videnſq; ipſe Paulus ſe tot perſonis, ac locis quotidie multiplicari, ad olim Congregationis ſacri Heremi, & ſancti Michaelis de Murano vicarium generalem, tunc vero generalem nuncupatum, & viſitatores acceſſerat, eiſdemq; feriem facti explicauerat, velleq; tam ipſe quàm cęteri Socij Heremitæ huiuſmodi ſub eorum obedientia & viſitatione viuere declarauerat. Olim vicarius tunc generalis prædictus habens, vt aſſerebat,

bat, a Congregatione huiuſmodi omnimodam au-ctoritatem, ſinceritatem animi dicti Pauli cognoſcens, præfata Heremitoria, videlicet Quinq; Criptarum, Maſſatij, ſancti Ieronimi de Paſculupo, Criptæ ſancti Benedicti in Monte Conaro, ſancti Leonardi de Volabrio, ac ſácte Mariæ de Spiritufancto. Exin. Eugubinæ, Anconitanæ, Firmanæ, & Larinę dioceſ. a ſede prædicta, aliiſque Chriſti fidelibus pręfatis eiſdem, Paulo, & Sociis, vt pręfertur, conceſſa, & Heremitas in illis tunc commorantes in eorum Congregationem receperat, ipſoſq; Paulum, & Socios receptos Heremitas, eorumque Heremitoria, & religioſa loca huiuſmodi in ſocietatem Heremitarum ſancti Romualdi per maiorem, & olim Correctores, tunc autem viſitatores, Capitulum, & Heremitoriorum huiuſmodi ſingulorum Priores, perpetuis futuris temporibus regendam, & gubernandam erexerat: & eiſdem Paulo, & Heremitis pręfatæ Societatis condendi, & celebrandi generalia Capitula eiuſdem Societatis, & in eis Priores, Rectores, & alios Miniſtros eligendi, & pro eiuſdem Societatis conſeruatione, & augmento, Miſſas, & alia diuina officia in eorum Capitulis celebrandi, Capitula generalia eiuſdem Societatis, & pro eius obſeruantia quęcunque ſtatuta, ordinationes, & Conſtitutiones edendi, & pro tempore edita corrigendi, reformandi, & mutandi: quæ ſi contra ſubſtantialia regulę ſancti Benedicti non eſſent, a prædicto tunc vicario, & viſitatoribus, aut pręfatę Congregationis Capitulis derogari, aut innouari ſine dictorum Heremitarum conſenſu non poſſent, ac alia

loca quæcunq;, & perſonas quaſcunq; in eadem ſocietate receptandi. Necnon quòd eiuſdem ſocietatis ſuperior ex tunc maior nuncupandus, per eiuſdē Congregationis Capitulũ de Anno in Annũ eligendus, loca, & perſonas de Triennio in Triennium, & frequentius, ſi ſibi videretur, viſitare deberet, licentiam conceſſerat: Et omnia & ſingula priuilegia, gratias, & immunitates Heremitis conceſſa, & quomodolibet concedenda, tam ſacri Heremi Camalduleñ, quàn totius prefatæ Congregationis, eidem ſocietati Heremitarum ſancti Romualdi loca, & perſonas communia eſſe, dummodo receptio, & admiſſio huiuſmodi per Capitulum generale Congregationis ſacri Heremi, & ſancti Michaelis de Murano prædictis approbaretur, voluerat, & prefati Heremitæ, vigore conceſſionis huiuſmodi in eorum Capitulo congregati nonnullas Conſtitutiones, ordinationes, & ſtatuta ſuper Tribus ſubſtantialibus, & forſan alijs emittendis, votis, ac regularibus inſtitutis regulæ ſancti Benedicti, & diuinis officijs celebrandis, ac alijs felicem dictæ ſocietatis, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, gubernationem, & directionem, ac honeſtè, & religiosè viuendi modum concernentia ordinauerant. Ac poſtmodum Præſidens, & diffinitores Capituli generalis Congregationis ſacri Heremi, & ſancti Michaelis prædicti, per eorum ſpeciales litteras, dicta Quinque Heremitoria, & ſocietatem huiuſmodi ab eorum Congregatione penitus ſeparauerant, & diſſolutam, & ſeparatam eſſe declarauerant, nullumq; ſibi eligendi ſuperiorem, Necnon Heremitoria, ac illorum perſonas

huiuſmo-

huiuſmodi viſitandi facultatẽ reſeruauerant. Quodque præfati Heremitæ ad eorum ſuperioris huiuſmodi electionem, prout eis viſum foret, procedere poſſent, ac in ijs, quæ Heremitoria, & illorum perſonas prędicta concernebant, ac quicquid eidem ſocietati viſum foret, a ſede Apoſtolica petere poſſent, ac voluerant, prefatus Clemens prędeceſſor p̄dicta omnia; & diſſolutionem huiuſmodi approbauerat, & confirmauerat, eiſque vnum dictę ſocietatis Maiorem, & Correctores, nunc autem viſitatores nuncupatos locorum, Priores, & alios Officiales, prout eis expedire videretur, per ſeipſos Annis ſingulis eligendi: qui eo ipſo quo electi forent confirmati eſſe cenſerentur indulſerat. Et ſucceſſiuè cum ipſi pro dictę ſocietatis commodiori gubernatione aliquas ex prędictis Conſtitutionibus, ordinationibus, & Capitulis eis diligentius, & maturius examinatis caſſaſſent, & aliquas de nouo ordinaſſent, & amotis quibuſdam ſuperfluis in meliorem formam reformaſſent: Idem Clemens prędeceſſor illas etiam approbauerat, & confirmauerat, prout in diuerſis inſtrumentis, & ſcripturis vicarij generalis, ac viſitatorum prędidentis, & Diffinitorum prędictorum, ac ipſorum Leonis, & Clementis prędeceſſorum diuerſis litteris dicebatur plenius contineri. Ac pro parte eorundem maioris viſitatoris, priorum, fratrum, & Heremitarum, eidem Clementi prędeceſſori humiliter ſupplicato, vt ex prędictis, & alijs eis conceſſis, & concedendi locis vnam tantùm ſocietatem Heremitarum ſancti Romualdi erigere, & inſtituere pręmiſſis, & alijs infraſcriptis pro illorum

ſubſi-

ſubſiſtentia firmiori robur apoſtolicę firmitatis adijcere, ac alias in pręmiſſis opportunè prouidere de benignitate apoſtolica dignaretur. Pręfatus Clemẽs prędeceſſor, qui ad ea, per quę ſtatus religioſarum perſonarum florere, ipſęque perſonę acceptius diuinis beneplacitis ſe coaptare poſſent, ſolertię ſuę curas libenter dirigebat: volens Maiorem, viſitatores, Priores, Officiales, ac Heremitas ſocietatis huiuſmodi amplioris apoſtolici fauoris pręſidio complecti. Ac eos, & eorum ſingulos a quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pęnis, a iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtebant, ad effectum infraſcriptorum duntaxat conſequendum abſoluens, & abſolutos fore cenſens, huiuſmodi ſupplicationibus inclinatus; ſub Datis videlicet Tertio Nonas Septẽbris Pontificatus ſui Anno Sexto, authoritate Apoſtolica, ex prędictis, & quibuſcunque alijs eis tunc, & pro tempore dictę ſocietati vbique terrarum conceſſis, & concedendis, ac per eos recipiendis, & retinendis Heremitorijs, & religioſis locis vnam tantùm omnium, & ſingulorum fratrum in eiſdem Heremitorijs, & religioſis locis pro tempore degẽtium ſocietatem Heremitarum ſancti Romualdi nuncupandam per maiorem Superiorem nuncupatum, Viſitatores, Capitulum, Priores, ac alios Officiales, iuxta ipſius ſocietatis ſtatuta, & ordinationes, regendam, & gubernandam: Ita quòd omnes, & ſinguli dictæ ſocietatis fratres pręſentes, & futuri, quamuis in diuerſis locis etiam extra Italiam, & loca vltra ma-

rina pro tempore manerent, vnum tamen corpus, & vnica ſocietas Heremitarum ſancti Romualdi Camaldulēſis ordinis perpetuis futuris temporibus exiſterent, & facerent, cum facultate celebrandi generalia, prouincialia, & alia Capitula eiuſdem ſocietatis, & in eis Superiorem Maiorem, Priores; Rectores; & alios Miniſtros eligendi, & pro eiuſdem ſocietatis conſeruatione, & augmento, Miſſas, & alia diuina officia in eorum Capitulis celebrandi, aliaq; omnia, & ſingula, quæ ad ſimiles ſocietates pertinebant, & pro tempore pertinerent, faciendi, erexit, & inſtituit. Nec non ſeparationem, diſſolutionem, conceſſionem, & indulta, ac facultates eis quomodolibet conceſſa, ac conſtitutiones, & ſtatuta per Capitulum dictæ erectæ ſocietatis edita, vt præfertur, reformata, ac omnia, & ſingula priuilegia, indulta, & gratias per ſedem eandem dictæ ſocietati, vel per alium facultatem habentem, etiam viuæ vocis oraculo, vel aliàs quomodolibet conceſſa, & conceſſas auctoritate prædicta approbauit, confirmauit, ſtabiliuit, ac robur Apoſtolicæ confirmationis habere decreuit: ſupplens omnes, & ſingulos, tam iuris, quam facti, defectus: ſi qui forſan interuenerant in eiſdem. Et pro potiori cautela Maioris, Viſitatorum, Priorū, Officialium, & aliorum fratrum præfatę ſocietatis, illas, & illi Quinque Heremitoria prædicta, eidem Maiori, Viſitatoribus, Prioribus, & fratribus eorum erectæ ſocietatis pro tempore exiſtentibus, de nouo perpetuò conceſſit, & aſſignauit. Quòdq; omnes, & ſinguli dictæ ſocietatis erectæ Heremitæ ordinem prædictum in ipſa ſocietate profeſſi, tūc præſentes,

& futuri,

& futuri, in Capitulo generali pro tempore celebrã-
di in eo vocem habentes, pro felici dictæ ſocietatis
ſtatu, & ſucceſſu, alia ſtatuta, Conſtitutiones, ordi-
nationes, ac omnia, & ſingula, quæ in ſpiritualibus,
& temporalibus ipſius ſocietatis, ac eius regularis di-
ſciplinæ ſtatum, obſeruantiam, indemnitatem, & cir-
ca diuini officij, & Miſſarum directionem, & ordi-
nationem, ac ceremonias, abſq; ipſius regulę in ſub-
ſtantia, vel in effectu variatione, interpretatione, vel
declaratione quoquomodo cõcernere poſſent, inſti-
tuendi, ordinandi, interpretandi, declarandi, & alia
de nouo faciendi: & ſic inſtituta, ordinata, interpre-
tata, declarata, & de nouo facta, in toto, vel in parte,
prout rerum, & temporum qualitas exigeret, tollen-
di, & alterandi, ac in melius commutandi: Necnon
pro honeſtate, & qualitate vitæ Heremiticæ huiuſ-
modi barbam deferendi plenam, & liberam eis con-
ceſſit facultatem. Ac huiuſmodi ſocietatem, omneſ-
que, & ſingulos ſuperiores Heremitas, oblatos, no-
uitios, familiares, ſeruitores, & perſonas dictæ ſocie-
tatis, tunc & pro tempore exiſtentes, ac ipſius Mo-
naſteria, Heremitoria religioſa, & alia loca quęcun-
que, ac mobilia, & immobilia bona, tunc præſentia,
& futura, ad præfatam ſocietatem quomodolibet
pro tempore pertinentia, & impoſterum eidem de
nouo erectæ ſocietati, quandocunque, ſeu quomo-
dolibet vniri, vel incorporari, ſeu ſubijci imperpe-
tuum, vel ad tempus contingeret, a quoruncunque
legatorum etiam de latere, necnon Nunciorum di-
ctæ ſedis, ac quorumuis Officialiũ Romanę Curię,
& Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporũ,
Electo-

Electorum,& Inquiſitorum heretice prauitatis,quacunq; etiam Apoſtolica auctoritate,ac aliorum quoruncunque Iudicum ordinariorum, & non ordinariorum quauis auctoritate, & poteſtate fungentium ditione, auctoritate,ſuperioritate, poteſtate, dominio, viſitatione, reformatione, & correctione: Ita quod contra dictam de nouo erectam ſocietatem, vel eius ſingulares perſonas, Necnon Monaſteria, Heremitoria,& loca, & perſonas, ac familiares cum eis degentes, ratione delicti, exceſſus, ſeu contractus,aut rei de qua ageretur vbicunque iniretur con tractus,cōmitteretur delictum,aut res ipſa conſiſteret excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aut alias quaſuis ſententias,niſi de ſpeciali ſedis prædictæ commiſſione,quomodolibet directè vel indirectè proferre,ſeu promulgare non poſſent.

Necnon ab omnibus,& ſingulis Decimis, Collectis,Exactionibus, Gabellis, Talleis, Datiuis, Datijs, Tractis,ſubſidijs charitatiuis,Impoſitionibus ordinarijs,& extraordinarijs. Collegijs, Parrochianis, vniuerſitatibus,Monaſterijs, fabricis, & alijs quibuſuis perſonis,quacunq; auctoritate,& ex quauis cauſa,& conſideratione etiam pro expeditione contra Infideles,aut fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe, Aut alijs imminentibus neceſſitatibus ſedis prædictæ,auctoritate eiuſdem ſedis, vel quauis alia impoſitis, & imponendis, ſub quacunq; verborum vi,& forma,etiam ſub excommunicationis latæ ſententiæ pęna exempti, & exempta cenſerentur, niſi de indulto, & ſocietate huiuſmodi ſpecialis, & expreſſa mentio in litteris Apoſtolicis fieret: Et tunç

non

non veram Decimam, ſed mediam auri vnciam Cameræ Apoſtolicæ ſoluendo,pro omnibus eorum locis, ac Heremitorijs, bonis, & perſonis liberationē conſequerentur; prorſus exemit,& totaliter liberauit: eaque omnia,& eorum quodlibet in ius,& proprietatem beati Petri, & ſedis prædictæ, ac ſub eorū,& dictæ ſedis protectione ſuſcepit. Et ſi legati, & ſubdelegati ordinarij, aut aliæ perſonæ prædictæ, contra exemptionem, & liberationem huiuſmodi quicquā attentare quoquomodo præſumerent,ac litterarum de ſuper conficiendarum vigore requiſiti, per ipſius de nouo erectę ſocietatis Prælatos, Heremitas, vel procuratores eorum infra Tres dies a die requiſitionis huiuſmodi computandos non deſiſterent, excommunicationis ſententiæ ipſo facto noſcerent ſe ſubiectos: & ſi fortè aliter factum foret, eo ipſo eſset irritum, & inane, nulliuſque roboris, vel momenti. Pręterea ipſis, vt religioſos eorum ordinis ad primam tonſuram, & quatuor minores ordines promouendi,ad ſacros verò, etiam ſi tempus a Canonibus ſtatutum non attingerent, per quemlibet Catholicum Epiſcopum in eorum locis,& alibi, vbicunque eis commodum foret,abſq; licentia Diœceſani etiam extra tempora, Diebus tamen dominicis,vel feſtiuis,eos promoueri faciendi, ac illos eis liberè conferendi; eundemq; Epiſcopum,pro conſecrationibus Altarium, ſeu eccleſiarum, ac pro oleo ſancto,& quolibet eccleſiaſtico ſacramento, adeundi,& de licentia eorum Capituli generalis, ſeu prouincialis Ieruſalem, & alia loca ſancta viſitandi, & inibi habitandi,ac loca, & eleęmoſinas etiam ab In-

fide-

fidelibus recipiendi licentiam, & facultatem conceſſit. Et inſuper pro conſeruatione puritatis eorum ſolitudinis, ne mulieres ad eorum Heremitoria etiam ſancti Hyeronimi de Paſcilupo Eugubin. Dioc. tunc preſentia, & futura, intra videlicet per eos præfixos, ſeu præfigendos terminos, præter illos tantùm Dies quos ipſi ſtatuerent, dummodo non vltra Tres Dies in quolibet Anno accedere quomodolibet ſub excommunicationis pęna auderent, vel præſumerent Cellularum tamen ipſorum ingreſsu ſemper prohibito remanente, inhibuit. Demum pro commoditate, & vtilitate, Heremitoriorum, & locorum huiuſmodi tunc pręſentium, & futurorum, de licentia eorum Capituli generalis, ſeu prouincialis, eis, & cuilibet eorum, ac pro tempore exiſtentibus quæcunque immobilia ad eos, eorumq; eccleſias, Heremitoria, Altaria, & loca huiuſmodi pro tempore ſpectantia, & pertinentia in emphitheoſim perpetuam, vel ad tempus ſub aliquo annuo Canone, ſiue cenſu, quibuſuis perſonis in euidentem eccleſiarum, Monaſteriorum, & regularium locorum huiuſmodi vtilitatem concedere, illaq; pro alijs immobilibus vtilioribus permutare, ſeu vendere, & alienare, & precium inde proueniens in alijs immobilibus bonis eorum eccleſijs, Heremitorijs, & regularibus locis vtilioribus, ac aliàs iuxta tenorem litterarum recolendę memoriæ Pauli Papæ II. ſimiliter prædeceſſoris noſtri de rebus eccleſiaſticis non alienandis editarum: Itaquod Priores, qui pro tempore eſſent locorum huiuſmodi Iudices, ad hoc vt immobilia bona huiuſmodi in emphitheoſim, vel cenſum, aut aliàs danda,

& per-

da foret, etiam de conſenſu illius Rectoris, cui pro huiuſmodi cura exercenda quod inter eos conuentum eſſet ſoluerent, ac illas iuriſdictioni ordinarij loci ſubijcere, ac loca quæcunq; etiam per eccleſiaſticas, & religioſas perſonas eis concedenda recipere, & eorum vſui applicare. Necnon loca, ſiue Heremitoria pro tempore recepta perficere, & alia de nouo cum eccleſijs, oratorijs, humili campanili, Cellulis, & officinis neceſſariis conſtruere, ſeu conſtrui, & iam conſtructa pro conuenientiori eorum manſione demoliri facere, & ea ad aliorum locorum conſtructorum, ſiue de nouo conſtruendorum vſum conuertere facultas recipiendi quoſcunq; religioſos. Ac pro dicti ordinis propagatione, omnes, & ſingulos religioſos quoruncunque, etiam Mendicantium ordinum, & Congregationum, ac Monaſteriorum ad Heremitoria præfata, tanquam ad arctiorem vitam, conuolare, & ſub ſocietate, & eorum habitu altiſſimo famulari eligentes ſuperiorum ſuorum licentia petita, licet non obtenta, abſq; aliqua contradictione, vel obſtaculo recipere, ipſiq; ſic recepti, & in eadem ſocietate ſiue ordine profeſſi, ad omnia officia, & dignitates ſocietatis eorundem Heremitarum promoueri, & aſſumi liberè, & licitè valerent, indulſit. Poſtremo Maiori, ac omnibus, & ſingulis Viſitatoribus, Prouincialibus, Prioribus, & alijs Officialibus, ac fratribus ſiue Heremitis præfatis; vt ipſi, & omnes, & ſinguli, ac Commiſſi, Oblati, Nouitij, ſeruitores, familiares, Benefactores, & aliæ perſonæ, ac etiam Oratoria, eccleſiæ, Monaſteria, Heremitoria, & loca, & quæcunq; bona, & cætera alia eiuſdem

S ſocietatis

ſocietatis pro tempore pertinentia, omnibus, & ſingulis indulgentijs, peccatorum remiſſionibus, gratijs, conceſſionibus, facultatibus, immunitatibus, exemptionibus, priuilegijs, preeminentijs, prærogatiuis, libertatibus, fauoribus, licentijs, & indultis apoſtolicis, vel aliter qualiacunq; eſſent, quibus omnes, & ſinguli ordines, Congregationes, ſocietates, & Monaſteria, ſub approbatis regulis degentes, ſeu militantes, ac degentia, ſeu militantia, eorumq; ſuperiores, generales, prouinciales, & particulares Monachi, ſeu religioſi, Commiſſi, Oblati, Nouitij, familiares, ſeruitores, Benefactores, & aliæ perſonæ eorumque Eccleſiæ, Oratoria, & alia quæcunq; bona; quæ omnia, ac ſi nominatim exprimerentur, dictus Clemẽs prædeceſſor haberi voluit pro ſufficienter expreſſis, coniunctim, vel diuiſim, eis, & cuilibet ipſorũ in genere, vel in ſpecie, etiam viuæ vocis oraculo, vel aliàs quomodolibet conceſſis, ſeu concedendis, tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus, & tam in communi, quàm particulari, ſeu aliàs quomodolibet vtebantur, potiebantur, & gaudebant, ſeu vti, potiri, & gaudere poſſent, quomodolibet in futurum abſque vlla differentia, tam in communi, quam particulari, vel aliàs quomodolibet vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè poſſent, & valerent, in perpetuum, ac etiam de nouo conceſſit pariter, & indulſit, & in eis locum habere voluit; ac ſi eiſdem omnia, & ſingula præmiſſa directè, & expreſsè conceſſa fuiſſent: exceptis, quæ eſſent contra eorum Conſtitutiones approbatas, ac Ordinationes Capitulares factas, & pro tempore faciendas, ac vt dum priuilegiorum, con-

ceſſionum, exemptionum, immunitatum, facultatum, gratiarum, & indultorum eorum, & cuiuslibet dictorum ordinum, Congregationum, ſocietatum, & Monaſteriorum originales litteræ, ſeu tranſumpta autentica ex illis, prout in fauorem dictæ ſocietatis, eiuſq; ſuperiorum, Heremitarum, Commiſſorum, Oblatorum, Nouiciorum, familiarium, ſeruitorum, Benefactorum, & perſonarum, ac Eccleſiarum, Monaſteriorum, Heremitoriorum, locorum, bonorum, & aliorum cæterorum eiuſdem ſocietatis oſtēderentur, vel exhiberentur, eadem fides indubia adhiberetur, tam in iudicio, quàm extra, & alijs locis, quibus opus foret; ac ſi pro, & in fauorem eorum ſocietatis, eccleſiarum, Heremitoriorum, & Monaſteriorum, fratrum, & perſonarum, ac bonorum prædictorum, & prędictarum a ſede prædicta emanaſſent, ac eis, & cuilibet ipſorum fuiſſent immediate conceſſæ, mandauit. Necnon quod litterarum deſuper conficiendarum tranſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius prælati eccleſiaſtici munitis vbiq; ſtaretur, prout originalibus litteris ſtaretur, & plena fides in iudicio, & extra adhiberetur; quæ eiſdem deſuper conficiendis litteris daretur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ: Quodque litterę ipſæ deſuper conficiendæ cum confectæ forēt, ac in eis contenta quęcunque ſub quibuſuis reuocationibus, modificationibus, limitationibus, & ſuſpenſionibus quarūcunq; litterarū, gratiarum, & diſpoſitionum per ipſum Clementem prædeceſſorem, & ſedem prędictam etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ſeu ad Imperatoris, Regum, & Ducum in-

ſtantiam conceſſis, & concedendis, nullatenus com prehenderentur, ſed ſemper ab illis excepta eſſent, & eſſe cenſerentur. Et quotiens reuocata, modificata, limitata, ſuſpenſa, aut alterata forent; totiens in eo ſtatu, in quo ante reuocationem, modificationẽ, limitationem, & ſuſpenſionem huiuſmodi repoſitę, reſtitutæ, & reintegratæ, ac ſi opus foret de nouo conceſſæ eſſent, & eſſe cenſerētur: Et quotieſcunq; per aliquem, aut plures actus, contra ea, aut ipſorũ aliqua, a quoquam cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis foret, ex negligentia, vel ignorantia illorum, quibus ea concedebantur, aut aliquauis cauſa ſcienter, vel ignoranter attemptari, vel attemptata obſeruari contingeret, nullum tamen propterea exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, gratijs, indultis, & priuilegijs huiuſmodi præiudicium generaretur; ſed ea omnia, & ſingula in ſuo robore, & firmitate permanerent, eaſdem litteras, abſq; aliorum inſtrumentorum, litterarum prædictarum productione, & oſtenſione ad probandum plenè omnia, & ſingula ſuperius enarrata, & ſpecificata in iudicio, & extra vbique ſufficere, nec ad id probationis alterius adminiculũ requiri. Et ſi forte contingeret aliquod dubium in dictis per ipſum Clementem prædeceſſorem confirmatis, aut litteris ſuis ſuper præmiſſis conficiendis huiuſmodi, aut aliquo eorum pro tempore emergi, data verborum ambiguitate, & iuriſperitorum interpretatione dictæ ſocietatis de nouo erectæ, ac illius locorum particularium, & perſonarum fauorem interpretari debere, ſicque per quoſcunq; Iudices ordinarios, &

extraordinarios, ac delegatos; & cauſarum Palatii apoſtolici Auditores, ac ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales ſententiari, iudicari, & diffiniri debere; ſublata eis, & eorum cuilibet, quacunq; alia iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, irritum quoque, & inane, quicquid ſecus fieri ſiue attẽptari contingeret, decreuit. Ac voluit, & conceſſit vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis perſonis, ac quaruncunq; Metropolitanitarũ, & Cathedralium eccleſiarũ Canonicis, necnon præfatorum Patriarcharum, ac Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in ſpiritualibus vicariis, & Officialibus generalibus dari in mandatis, quatenus ipſi vel duo aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios litteras deſuper conficiendas huiuſmodi cũ confectæ forent, ac in eis contenta quæcunq; ſolenniter publicantes, ipſiſq; Heremitis, ſeu fratribus, ac perſonis prædictis præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtere, ac facere eoſdem Heremitas, ac alias perſonas omnibus præmiſſis pacificè frui, & gaudere, non permittẽtes ipſos, ſeu ipſas ſuper his per quoſcunque quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, aut inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, & alia opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſci, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, cẽſuras, & pœnas ipſas iteratis vicibus aggrauandi; Inuocato etiam ad id, ſi opus foret, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac Clementis, per quam inter alia voluerat, quòd petentes beneficia

tia eccleſiaſtica aliis vniri, tenerentur exprimere ve-
rum annuum valorem ſecundum communem exti-
mationem, tam beneficii vniendi, quàm illius, cui
vnio fieri peteretur; alioquin vnio non valeret: &
ſemper in vnionibus commiſſio fieret ad partes vo-
catis quorum intereſſet. Necnon Pauli prędeceſſo-
rum prædictorum, ac ſimilis memoriæ Innocentii
IIII. contra exemptos edita, quę incipit Volentes.
Necnon quibus cauetur, quòd nullus extra ſuam Ci
uitatem, vel Dioc. niſi in certis exceptis caſibus, & in
illis vltra vnam Dietam a fine ſuæ Dioc. ad iudicium
euocetur; ſeu ne Iudices a ſede prædicta deputati
extra Ciuitatem, vel dioc. in quibus deputati forent,
contra quoſcunq; procedere, aut alii, vel aliis vices
ſuas committere præſumerent Bonifatii VIII. Ro-
man. Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum,
& de duabus dietis in Concilio generali edita, dum-
modo non vltra Tres dietas aliquis dictarum littera
rum deſuper conficiendarum auct. non trahere-
tur, & quibuſuis aliis apoſtolicis, necnon Prouincia-
libus, & ſinodalibus Conciliis editis, generalibus, &
ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, ac
prædictarum eccleſiarum, Monaſteriorum etiam
ſancti Antonii de Sancto Antonio, ordinis ſancti
Auguſtini vienen. dioc. & religioſorum locorum, ac
ordinum quorumcunq; etiam Camaldulen. huiuſ-
modi, & aliorum etiam Mendicantium, & non mé-
dicantium ſtatutis, & conſuetudinibus etiam illis, in
quibus cauebatur; vt mulieres ad dictum Heremi-
torium ſancti Ieronimi de Paſcilupo ſub excommu-
nicationis latæ ſententiæ pęna nunquam accederet
iuramen-

iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roborato priuilegiis quoque, & indultis, ac litteris apoſtolicis Camalduleñ. aliiſq; ordinibus Mendicantium, & non mendicantium, & Militiarũ eccleſiis, Monaſteriis, & ſancti Antonii huiuſmodi, necnon vniuerſitatibus, Congregationibus, ſocietatibus, Communitatibus, Collegiis, & cęteris aliis perſonis, & locis per eundem Clementem prædeceſſorem, & ſedem prædictam; ſub quibuſuis verborum formis, & clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis illis preſertim, quibus inter alia caueri dicebatur expreſsè; ꝙ nulli fratres, ſeu Monachi, de dictis etiam Mendicantium ordinibus, ad alium ordinem etiam ſtrictiorem tranſeuntes per ſuperiores Priores, & alios fratres ordinum, aut ſocietatum, ad quos ſi tranſierint etiam de licentia eorundem ſuperiorum petita, & obtenta, recipi, & admitti poſſent; aliàs recipientes, & recepti excõmunicationis ſententiam incurrerent. ipſiq; ſic vel alio modo recepti; ad aliquod officium ſeu Prælaturam eiuſdem ordinis, in quo recipiebantur, eligi non poſſent, abſq; apoſtolicæ ſedis ſpeciali, & expreſsa licentia, per ipſius ſedis patentes litteras concedenda, facientes plenam; ac certam; & determinatam de ſtatuto, & ordinatione huiuſmodi expreſsam, & indiuiduam mentionem. Quibus omnibus etiam ſi pro eorum ſufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſsa, & indiuidua mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, vel aliqua alia exquiſita forma ſeruanda foret; dictus Clemens prædeceſsor eorum om-

nium tenores, & formas illorum conceſſionum, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pro expreſſis habens, illis aliàs in ſuo robore permanſuris ea vice duntaxat auctorit. prædicta ſpecialiter, & expreſsè derogauit,cęteriſq; contrariis quibuſcunq;. Ne autẽ de abſolutione,erectione, inſtitutione, approbatione,confirmatione,ſuppletione,conceſſione,aſſignatione,exemptione,liberatione,ſuſceptione, inhibitione, ſtatuto,ordinatione,indulto,voluntate,mandato,decreto,& derogatione prędictis,pro eo quod ſuper illis dicti Clementis prędeceſsoris eius ſuperueniẽte obitu litterę cõfectæ nõ fuerunt,valeat quo modolibet heſitari, ipſiq; Maior, Viſitatores,Priores,Officiales,& fratres illorum fruſtrentur effectu, volumus,& ſimiliter apoſtolica auctor.decernimus, quod abſolutio,erectio,inſtitutio, approbatio, confirmatio,ſuppletio,conceſſio, aſſignatio, exemptio liberatio, ſuſceptio, inhibitio, ſtatutum, ordinatio, indultum,voluntas,mandatum, decretum, & derogatio Clementis prædeceſsoris huiuſmodi perinde a dicta Die Tertio Non. Septembr. ſuum ſortiantur effectum; ac ſi ſuper illis ipſius Clementis predeceſsoris litteræ ſub eiuſdem Diei Dat.confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur. Quodq; præſentes litteræ ad probandum plenè abſolutionem,erectionem, inſtitutionem, approbationem, confirmationem,ſuppletionem,conceſsionem, aſsignationem, exemptionem,liberationem,ſuſceptionem, inhibitionem,ſtatutum,ordinationem, indultum, voluntatem,mandatum,decretum,& derogationem Clementis prædeceſsoris huiuſmodi vbique ſufficiant,

nec

nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Quo circa vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Dilectis filijs Abbatibus, ac alijs perſonis in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis, necnon Metropolitan. & aliarum eccleſiarum Canonicis, ac eorundem Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum Vicarijs in ſpiritualibus, & Officialibus generalibus per apoſtolica ſcripta mãdamus; quatenus ipſi, vel Duo, aut vnus eorum per ſe, vel per alium, ſeu alios, præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quotiens, pro parte Maioris, viſitatorum, priorum, Officialium, & fratrum, prædictorum, ſeu alicuius eorum deſuper fuerint requiſiti, ſolenniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præſentes litteras, & in eis contenta huiuſmodi firmiter obſeruari, ac ſingulos, quos eędem præſentes litterę concernunt, illis pacificè gaudere; non permittentes eos deſuper per quoſcunque quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, aut inquietari: Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam, & alia opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus cenſuras, & pęnas ipſas etiam iteratis vicibus aggrauando: Inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, iuxta voluntatem, & conceſſionem Clementis prædeceſſoris huiuſmodi. Non obſtantibus omnibus ſupradictis; Aut ſi aliquibus, communiter, vel diuiſim, ab dicta ſit ſede indul

tum,

tum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, decreti, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽptare præſumpſerit, Indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimoquingenteſimo trigeſimoquarto Tertio Non. Nouembr.

Pontificatus noſtri Anno Primo.

T. Guerrerius. Io. Mileti pro comput.
Io. de Villareal Io. colu.
N. dereicia.
A. Gratiadei. Nur. alleottu.
I. Groerſ. M. Bucchamatius.
B. Motta. Regiſtrata in Camera Apoſtolica.
Cappellus.

EGo Hieronymus q. S. Bernardini ſanti Angeli, Ciuis Peruſinus, publicus a ſede Apoſtolica Imperialique auctoritate Notarius, & Iud. ordinarius ſupradictum tranſumptũ & priuilegium Corá Reuerendo Patre Domino Iacobo Antonio Fereto de Caſſia Iu. doct. & Reuerendiſſimo in Chriſto Patris Domini Domini Franciſci Bernardini Simonetæ Epiſcopi Peruſini in ſpiritualibus, & temporalibus Vicario Generali, vnà cum proprio originali in mēbranis ſcriptum in forma bullę cum ſigillo plumbeo cum cordulis rubei & crocei coloris appenſo pro parte Venerandus patris fratris Philippi de Ciuitate Anconæ procurator Abbatiæ ſancti Saluatoris de Monte acuto pręſentatũ & autenticari petitum, viſo tamē prius & lecto per dictum Reuerendum D. Vicarium ac regiſtratũ auſcultatum & collationatũ vnà cum me Notario publico offō de præſenti tranſumpto rogatus licet manu alterius & ſcriptũ & repertum in omnibus & per omnia cum ſuo originali, & dictum originale cum præſenti tranſumpto & in nulla parte ſui diſcordare, cum auctoritate & decreto Domini Domini Vicarij pro tribunali ſedentium ad Bancum Iuris Epiſcopatus, qui inter loquendo mandauit tantam fidem fore & eſſe adhibendā ſupradicto tranſumpto, quãtam ſuo proprio originali adhiberi, & ſigillo Epiſcopali impreſſo muniri, ad fidem robur, & teſtimonium omnium præmiſſorũ ſubſcripſi, publicaui, ſignumq; meum appoſui conſue-

tum rogatus & requiſitus, ſigilloque Epiſcopatus in præſentia muniui. Eſt Peruſiæ in Audientia Epiſcopatus ſub Anno Domini Milleſimo quingenteſimo quadrageſimoquarto indictione ſecunda tempore Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papę III. die vero 13. mẽſis Martij, præſentibus ibidem Venerabilibus Viris D. Iulio Valentini de Centenario Ceruoni, & D. Lucaberto ſebaſtiani de centenario nigonis Agri Peruſiæ Clericis Peruſinis Teſtibus ad prædicta uocatis, habitis & Rogatis: S. N.

S. N. Ego Ludouicus q. Iulij per ant. de Peruſia p. S. S. publicatus Imperiali auctoritate Notarius & Iudex doct. & Notarius actuarius Curiæ Epiſcopatus prędictis omnibus & ſingulis doct. ſic pręmiſſis fierent vna cum preſato Sier Hieronymo inter fui & præſens fui & in fidem ſubſequi & pub. requiſ.

Ieſus

Priores Collegij Notariorum
Ciuitatis Peruſiæ.

Omnibus ac ſingulis præſentes intuentibus Atteſtamur qualiter Egregij Viri Sier Hieronymus Sier Bernardini, & Sier Ludouicus Iulij qui de retroſcripto tranſumpto rogati eſtiterunt fuerunt, & ſunt autentici fideles ac probi Notarij deſcripti in matricula Collegij Notariorum Peruſinorum artem que notarie in ciuitate Peruſiæ per plures ac plures annos publice, & fideliter exercuerunt, & hodie exercent eorumque ſcripturis publicis ſemper fuit adhibita plena ac indubitata fides, pro vt etiã hodie adhibetur:

adhibetur:inquorum omnium & ſingulorum fidem ac Teſtimonium pręſentes noſtras litteras per infraſcriptum noſtri Collegij notarium fieri fecimus & noſtro ſolito ſigillo,quo in talibus vtimur,iuſſimus appenſione muniri.

Datum Peruſiæ in Audientia noſtrę ſolite reſidentię Die nona Aprilis. M. D. XLIIII.

Locus ſigilli

Petrus Paulus Lud. Notarius &c.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſi
Cor
dus,
freq
tiam
grat
mo
dul
ſoci
ſon.
ſio l
tio
pr
tæ
tu

Laboratorio
Restauro
Pandimiglio
ROMA

1969